Hospitij quicunq petis, quis Incola tanti
Spiritus Egregia hunc, Consule Scripta dabu
Chr: Terne, M.D. C.L:
P. ombart
Sculpsit

Hospitij quicunq petis, quis Incola tanti
Spiritus Egregia hunc, Consule Scripta dabu
Chr: Terne, M.D. C.L:
P. ombart
Sculpsit

TABIDORUM THEATRUM:

SIVE

PTHISIOS, ATROPHIÆ, & HECTICÆ XENODOCHIUM.

AUTHORE

Christophero Benedicto,

M. D.

Collegii Londinensis Socio.

LONDINI,

Typis *Tho. Newcomb*, Impensis *Sam. Thompson*, ad insigne Equi candidi in Cœmeterio Paulino, 1656.

IV. W. e (1)

MVSEVM
BRITAN
NICVM

CLARISSIMO
ET
RNATISSIMO VIRO,
DOM.

D. Prujeano,

COLLEGII
Medicorum Londinenſium
Præſidi. S.

QUiſquis inverecundius otia tua interpellat, *Præſes Excellentiſſime*, in Naturam (cujus miniſter Medicus) piaculum admiſiſſe

videatur. Te tamen ſciſ
ſitante, aliiſq; Societati
Collegis, Meditatione
noſtras de Tabe, nec no
ſeriem remediorum reti
cere nolui, & ut juſsis ve
ſtris inſervirem, literi
mandavi; Malim enim
aliqua temerè effutire
quàm tibi cæteriſq; Col
legis, quibus tam arcte
humanitate & amicitiâ
devinctus fui, in mini
mis aut maximis (quan
tum valuerim) defuiſſe
Prælitrifitaque; Sed n

quo

uorundam ſtomachis
ſolitorum ingluvies
au ſeam concitaret, exer-
tationes aliquot cum
iſtoriis & experimentis
podicticis, vice condi-
menti, præmittere viſum
eſt. Si quippe quæ in a-
rio prælibantur placue-
rint, quæ in Theatro
comparata ſunt ingenio-
ſiſsimis & modeſtioribus
(*i.e.*) doctiſsimis, qui ſe-
met multa latuiſſe cog-
noverint, gratiſsima fore
luxerim, an cœteris arri-

ferint, parum refert, n
que enim illis invigi
verit

Tuis addictissim

Novemb. 26.
An. 1653.

C. B.

PRÆMISSUM LECTORI ALLOQUIUM.

TYpis tandem vel invitus fœturam abortivam permiſi, non quippe præconceptam, ſed ſuperfœtationis obiter advenientis prolem in lucem edidi; manumiſſam tamen non dimicantis laurum, ſed veritatem aſſerentis olivam reportaturam minimè dubitarem. Noluit inſons ſaeroſanctas Methodi Medicæ leges violare, multo minus conculcare; ut tamen foveatur & adoleſcat, maluit ſcaturiginis cryſtallini mo-

momentum è fonte ſuxiſſe, quàm rivulorum turbidorum & ſpurcitie diffluentium anfractus numeroſos conſectari. Nec aſpernabere, quia incana aut nuperrimè acceſſit; obſervationum enim certitudine, opinionum aliquot antiquitùs receptarum fallaciam fideliter ac ſuccinctè perſtrinxit, noluítque Matris craſin & præcepta ex Authorum tantummodo captu diſcere ac metiri; nec ſibi omnia verba olim inventa & parata ſuffecerint, ſed nonnulla de novo fabricandi licentiam aſſumpſit; rebus etenim, non verbis à cunabulis incubuit. Pedes porrò non ex vulgari nutu componere didicit, ſed extra

tritam

tritam aliquoties errantium ſemitam tranſpoſuiſſe auſa eſt. Maluit denique (quod condonent ingenioſiſſimi) Naturam ipſam, quàm ejus ſimias venerari & contemplari.

Quo me cunque rapit tempeſtas,
deferor hoſpes;
Nullius addictus jurare in
verba Magiſtri.

Viro

Viro Doctissimo ac sibi Amicissimo

DOMINO

Doctori BENNET,

Vestibulum Theatri Tabidorum edenti:

Gratulatio Collegæ:

PErimus (ecce!) nos Laryngis nvidi
Malo petiti, & humidâ graves lue:
Jacent quibus cruenta tussis imperat
Locis in omnibus; nec ullus attulit
Opem gementibus: truces ad inferos
Fit indies acerba pronior via,
Satúrque stertit Orcus. Alma sed Salus
Respexit, & dedit misertа vindicem.
Ades (Amice!) mente promptus & manu;
Vetústa pharmacis novis fugans mala.
Facessat orbe anhelus tussis illico,
Et inquilina cordis Hectica exulet
Feralis; & Marasmus ipse marceat.
Valete saccharúmque, Lac, tabellàque
Dicata pectori humido, & tenax Lohoc.
Valete denuo. Renidet ecce jam
Salus reversa; cumque nube Luridâ
Hinlca vena non timetur amplius.

AD

AD DOCTISSIMUM BENETTUM.

Rarior ingenii proles vitalis in ævum,
Quin patitur morbos pagina nata suos.
Illam vel primis Lethargus possidet annis,
Illam Marcor habet, vermibus illa scatet.
Hanc rapit ad fœdas turpis Diarhæa cloacas,
Atque excrementis chartula plena perit.
Perdidit & varios Febrilis Flamma libellos,
Quorum post cineres gloria rara venit.
Sed tua progenies fœlici sydere vivet,
Ludet & extremum pagina sana rogum.
Lethalis tabes tibi longos attulit annos,
Quæ mors est aliis Hectica, vita tibi.

THO. CROYDEN, M.D.
Coll. Lond.

AD

AD ORNATISS.
DOCTISSIMUMq; VIRUM
DOM.
Dr. BENEITUM,
Veſtibulum edentem.

JAm novum lumen reſluos canales
Luſtrat, & clauſi maris uda monſtra,
Et dolos cæcis ſinubus natantes
Detegit orbi.

Quæ lues, quod preſluvium quietos
Turbat, humanos ſtimulatve fluctus:
Hoſtis utque intus muria nocivus
Vellicat acri.

Et patet Pirata ſalinus arctum
Pectus, infeſtans teneroſque tractus,
Ultimo dulces populans liquores,
Prædia vitæ.

Plura quid? nobis tuus eſt (Amice!)
Lumen, aſt illis ſcopulus, libellus;
Namque Piratæ, latitanſque prædo
Naufragus inde.

Ecce

Ecce Tabes, & malesida Tussis
Vi tuâ fracta pereunt, Senilis
Cymba delusa est, minitánsque venis
Unda reducta.

GEO. ROGERS, M.D.

Coll. Lond.

PERI-

PERITISSIMO AUTHORI.

Medicorum Sagaciſſime!

Cujus Veſtibulum plura,
Quam aliorum Ædes & Prædia continet:
Ea inſcribentis modeſtia eſt,
Id Scripti pondus & momentum.
In anguſtiis Latus, brevitate Copioſus;
Moli non vacas, ſed Utilitati.
Tramite incedis,
Aliorum pedibus aut nimis Ignoto,
Aut Difficili nimis.
Eodemque in Pelago quo alii Naufragium,
Tu Portum reperiſti.
Tanti intereſt,
An quis Sciat, an ſe ſcire Credat;
Perſuäſum ſcilicet, an exploratum habeamus.
Pthiſin diſcutis,
Non Authorum tantum Teſtimonio,
Sed Damno tuo:
Idem nempe aliquando extitiſti
Et Æger, & Medicus.
Haud facile dictu,
Graviùs laboraveris, an Glorioſiùs evaſeris.
Tabidorum Theatro præluſorium hoc opus,
Marceſcentis olim Tui, & penè Sceleti
Anatome.

Securiorem nusquam Lector adhibeas fidem
Sensit, Curavit, Scripsit.
Quo alimenta debent ingeri,
Quo distribui doces ordine;
Medici nescio, an Oraculi fide:
Adeo tuô spretô Tripode,
Non Dapes quidem, sed Escam arripiamus
Nec Vesci videamur, sed Capi potiùs.
Quid Sanguinem suo tingat rubore:
Quo sputa singula excernuntur omine;
Quantum Lac nocrat, quantum Dulcia
Quid Fonticuli,
Quid Sudor valeat,
Quid Suffumigia:
Hac omnia brevi. Multi loquacium tacent

MART. LLUELLIN, M.D.
Coll. Lond.

Τῶν ἀνθρώπων ὁκοίη ἥδονται πότερον φιλοπόται καὶ ἀριστηταὶ καὶ ἀταλαίπωροι, ἢ φυλογυμνασταί τε καὶ φιλόπονοι ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι· καὶ ὑπὸ τουτέων χρὴ ἀθυμέεσθαι ἕκαστα. i. e.

Hominum quoque victus ratio, quanam maxime delectantur inspicienda, an potui & cibis & otio dediti, an exercitationibus & laboribus gaudeant, & an edaces sint, & à potu sibi temperent. & ex his singula reputare oportet. Hipp. lib. de aere, locis & aquis, *Sect* 3.

Ἢν μὲν γὰρ ἦν εὑρετὸν ἐπὶ τούτοις πρὸς ἑκάστην φύσιν ὁ τοῦ μέτρον καὶ πόνων ἄριθμος, μὴ ἔχον ὑπερβολὴν μήτε ἐπὶ πλέον μήτε ἐπὶ τὸ ἔλασσον, εὕροιτο ἂν ὑγιείη τοῖσι ἀνθρώποισιν ἀκριβῶς. i.e.

Si quidem præter hæc inventa fuerit ciborum mensura, & laborum ad unamquamque naturam numerus, ita ut excessus neque supra neque infra modum fiat, inventa sane exacta fuerit sanitas. Hipp. lib. de diæta, *Sect*.4.

Τὰ γὰρ ἀνόμοια στασιάζει, καὶ τὰ μὲν θάσσον, τὰ δὲ χολαίτερον πέσσετο. i. e.

Seditionem enim movent quæ sunt inæqualia, aliáque citius alia difficilius concoquuntur. Hipp. lib. 1. de flatib. *Sect*.3.

Τὸ γὰρ σῶμα ὑπὸ μὲν τῶν σιτίων ἴσων ἴσως τρέφετο, ὑπὸ δὲ τοῦ σώματος τὰ σιτία κρατέετο ἔπην δὲ πλέον ἢ ἔλασσον προσενέγκετο ἢ ὡς ἄλλο μεταλλάξας κρατέετο δὲ καὶ τὰ σιτία. i.e.

Corpus enim à cibis æqualibus æqualiter nutritur, à corpore verò cibi superantur : ubi verò plus au minus ingesserit aut alicqui mutatus fuerit, supe ratur, superantur etiam & cibi. Hipp. lib. de loci in homine, *Sect.* 4.

Ἀνάγκη γὰρ ὁκόταν τι τουτέων χωρισθῇ καὶ ἐφ' ἑαυτ στῇ, ἔνθεν τε ἐξέστηκεν, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον νοσερ γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἐπιχυθῇ, ὑπερπιμπλάμενον ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν. *i.e.*

Cum enim horum aliquid secesserit, & per s constiterit, necesse est non solum locum ex qu excessit morbo tentari, sed eum etiam in quem nimia copia influxerit, dolore & labore vexari Hipp. lib. de Nat. hom. Sect. 3. circa initium.

LECTORI

LECTORI.

QVando amicissimus Author (Lector benevole) priusquã Theatri *sui* Vestibulum *publici juris faceret, nostram de utrisq; hisce* Exercitationibus *sciscitari sententiam dignaretur; ego ibi illico, videri mihi quam plurima in utroque opusculo & suæ laudi & rei medicæ profutura: Subjunxi tamen liberè, parum technice condidisse, Vestibulum scilicet* Theatro *majus. Ad hæc etiam quandoque* Latinæ *linguæ in aliquibus vero Prisciani (quod apud nos dici assolet) cranio*

cranio minus consuluisse. Pe
&oralia *interim*, Spirabilia
Spiritalia, *quibus pulmone*
partésque respirationi dicata
nominibus fictitiis aut saltem
minus medicè usurpatis insinu-
asse visus est, (cum multis id
genus) prorsus reticui, quoni-
am de istiusmodi præmonitum
vóluisse Lectorem in alloquio suo
(quod vocat) adverteram. Hoc
dicto subrisit quidem ille, retulit
tamen se rebus operam, non voci-
bus dare; denique non Gram-
maticam, non Architectonicen,
sed Medicinam exercere. Ex-
cuso tandem Theatri Vestibulo
non ita diu erat, quo mihi repor-
tavit audivisse sese alios etiam
non paucos sui amicos mecum
una

a ſentire; imo quoſdam ſe-
ritatem ejus & incuriam pa-
m redárguere. Rogavit itaque
quando operi ipſe non vacabat)
utrumque Tractatum amici-
æ ergo reviſem.

Quid multa? parui; Inſtru-
enti unius atque alterius Fi-
uras exſculpendas curavi, eo-
mque (quoniam ipſi defuere)
ëſcriptiones & uſus ſupplevi,
aragraphis quibuſdam obſcu-
ioribus claritatem (quoad ipſe
ermiſit) conciliavi; denique
urrente calamo (quo ſolo per
tium licuit) ſingula peragravi;
ulta tamen (quando ſic Author
ullo modo non voluit) præter-
iſi, ne alieno in opere ingenio

noſtro

nostro nimis arrogasse videar aut candori tuo ansam præripu isse. Vale.

M. LLUELLIN, M.D
Coll. Lond.

I.

Exercitatio Dianoetica,

De subactione Alimentorum, ingerendi ordine, ut & de Diætæ moderamine.

Etsi quilibet cibus ope caloris funditur, & humidi acescentis perluitur, ita ut quælibet ejus particula, si rectè præstiterit natura, nec flammulæ expandentis, nec lymphæ rigantis indiga fit: Alimenta tamen propriis essentiis dissona, vel quoad consistentiam inæqualia miscellaneo non intermiscentur fermento, nec partes cujuslibet minutæ confusæ coeunt. Non etenim in ventriculo subvertitur alimentum, unde partes ejus invicem intrusæ uniantur, nec denuo ut in ore masticatur, aut agitatum & revolutum conteritur, nec ipsa cibi patitur materies, cujus partes quoad qualitates dissociatæ dosim sibimet peculiarem & teporis & madoris exposcunt, & pro earundem differentia

citiùs vel seriùs fusionem & dilutionem sub
eunt: Si verò dosis debita cujusvis defeceri
vel si tempus huic negotio assignatum & ap
proportionatum defuerit, aut excesserit, i
qualitatem naturæ minus familiarem faceſſi
Quæ demum de calore in partibus ventricu
& propter partium vicinitam, inæqualiter di
spensato asseruntur, frivola & evanida apu
nos æstimantur, qui quodlibet corporis va
& viscus suo succo & calore determinato a
initio frui cognoverint. Coctio enim est Na
turæ congrua & familiaris fermentatio, se
mediocris & pacata assumptorum irrigatio
fusio, & subactio, ope caloris moderati i
acore proprio & ingenito ventriculi humid
stabulantis consummata. Quum ideo solidi
ora fundum ventriculi præoccupaverint, it
ut tenerioribus (*i.e.*) fusioni & distributio
apte natis egressus maturus non præbeatur
alimenta alias familiaria non solùm nativ
destituuntur genio, sed tumultuosè agitantur
& in qualitates migrant naturæ irreducibiles.
Medicina itaque diætetica (quicquid ogge
runt Pseudochymici) non peranguſtis val
lata est cancellis; & licet in reserandis vasc
lorum osculis aut succorum sentinam seque
strando, parum expeditura videatur, sanita
tem tamen tuetur, & conspirante naturæ sub
sidio, περιττωμάτων materiam adæquat, qua
litates moderatur, & ὄγκασμον compescit, nec
non

on ſanguinem maturat : tréſque priores
perationes naturæ familiariſſimæ in recta
olùm ciborum & potulentorum electione
etêre, ultima verò in debita eſculentorum
oſi, & jejunii accommodatione, è quorum
enu ſuccus depromitur & qualificatur : Qui
putidus, ſanguinem tabo polluit ; ſi acrior
ſalſuginoſior, tabe proterit ; ſi humidior,
imis intenerando lubricat & emollit ; ſi fri-
idior, inſpiſſando diſpenſationem retardat ;
ſpiritu flatulentior, turgidum reddit ; ſi
alidior, ſuccos fundit, motúmque ſanguinis
celerando μαλεγβιότητα præpedit. Alterati-
nes ſenſim & ſine ſenſu intuliſſe obſervavi,
áſque quæ ſine continuata remediorum ſerie
& diætæ ὑπομνήσει incorrigibiles extitêre.
His lædimur, & temperatiſſimis cupeptis u-
iliter relevamur, quibus jejunium artificiosè
dhibitum apprimè aſſociatur, & inter im-
elles vice exercitii optimum ſuccedaneum.
Hæc veruntamen deſignare non eſt cujuſvis,
n quibus exequendis ſeduló naturæ invigi-
andum, ſerióque penſitandum an ſuccus vo-
ax radicitus devaſtando, calor exæſtuans li-
quando, remiſſiórve diſtantiores corporis
particulas parcè rigando depaſcant.

Historia & Experimenta demonstrativa.

Εὔπεπτα καὶ εὐαγάδοτα, tenerioribus & invalidis alimonia amicabilis, rustico exercenti & lacertoso porrecta in bilem retorridam facessunt; si verò caseosa & è carne bubulâ parata, aut quælibet solidioris consistentiæ exhibueris, ei in nutrimentum vergunt accommodatissimum. Si quis streblitas, radices, puta dauci, turiones asparagi, saccharata butyrosa, aut ex mollibus & friabilioribus quibuslibet confecta primis epulis ingurgitaverit, dein pullulos carnésque teneriores, deinde carnem cervinam aut bubulam; quæ primâ mensâ ingesta fuerint, maturè & tutò in intestina secernuntur: Si verò vice versâ supermandantur, non rarò nauseam, capitis dolorem tensivum, amarorem, ructus, aliáve turbatæ coctionis signa procreant.

Pridie fluxionis periodicæ in plerísq; quum materia errabunda pectus & viscera naturalia alluisset, ventriculum ejusque dilutum inquilinum extraneis aquis adeò persusum & refertum vidi, ut quoad coctura negotium per horas viginti plus minus otiari videbatur. Quod sapor cibi eâ temporis periodo quasi jamdudum præmansi cum pari eructatione confirmavit.

An in ventriculo sita sint instrumenta subversioni ciborum assignata, non ambigitur; nec alicui contigit talis subversio, nisi nauseâ & vomitionibus tentato, quum sedatum naturalis fermentationis opus interpellatur.

Immensum esset totius diætetices utilitates & emolumenta recensuisse, cujus adjumento sanguinem universum sale perlutum non semel edulcoratum, ejúsque ζύμωσιν contemperatam vidimus, & (quod ad pectoralia magis attinet) tussim per sedecim annos protractam, à suffusione & instillatione natam solâ cœnæ inhibitione deletam.

Decoctum glycyrrhizæ cum seminibus anisi, &c. pectori dicatis in aqua appropriata horis matutinis propinatum, pulmonario bilioso non parum proderit: idem tamen præsidium horâ somni exhibitum amarescendo & effervescendo obfuisse annotavi. Tanta est caloris in eodem individuo diffusi & concentrati discrepantia.

A pastu copiosiori ægrè se habuêre non pauci, quoúsque ventriculus aquæ copiam in os regurgitaverat; aliíque nauseabundi, donec materiæ comestæ modicum eructaverant; quæ ambo assumpta diluto & calori non adaptata apertissimè significabant.

Historia & Experimenta demonstrativa.

Ἔυπεπτα καὶ εὐανάδοτα, tenerioribus & invalidis alimonia amicabilis, rustico exercenti & lacertoso porrecta in bilem retorridam facessunt; si verò caseosa & è carne bubulâ parata, aut quælibet solidioris consistentiæ exhibueris, ei in nutrimentum vergunt accommodatissimum. Si quis streblitas, radices, puta dauci, turiones asparagi, saccharata butyrosa, aut ex mollibus & friabilioribus quibuslibet confecta primis epulis ingurgitaverit, dein pullulos carnésque teneriores, deinde carnem cervinam aut bubulam; quæ primâ mensâ ingesta fuerint, maturè & tutò in intestina secernuntur: Si verò vice versâ supermandantur, non rarò nauseam, capitis dolorem tensivum, amarorem, ructus, aliáve turbatæ coctionis signa procreant.

Pridie fluxionis periodicæ in pleríſq; quum materia errabunda pectus & viscera naturalia alluisset, ventriculum ejusque dilutum inquilinum extraneis aquis adeò persusum & refertum vidi, ut quoad coctura negotium per horas viginti plus minus otiari videbatur. Quod sapor cibi eâ temporis periodo quasi jamdudum præmansi cum pari eructatione confirmavit.

An in ventriculo sita sint instrumenta subversioni ciborum assignata, non ambigitur; nec alicui contigit talis subversio, nisi nauseâ & vomitionibus tentato, quum sedatum naturalis fermentationis opus interpellatur.

Immensum esset totius diætetices utilitates & emolumenta recensuisse, cujus adjumento sanguinem universum sale perlutum non semel edulcoratum, ejúsque ζύμωσιν contemperatam vidimus, & (quod ad pectoralia magis attinet) tussim per sedecim annos protractam, à suffusione & instillatione natam solâ cœnæ inhibitione deletam.

Decoctum glycyrrhizæ cum seminibus anisi, &c. pectori dicatis in aqua appropriata horis matutinis propinatum, pulmonario bilioso non parum proderit: idem tamen præsidium horâ somni exhibitum amarescendo & effervescendo obfuisse annotavi. Tanta est caloris in eodem individuo diffusi & concentrati discrepantia.

A pastu copiosiori ægrè se habuêre non pauci, quoúsque ventriculus aquæ copiam in os regurgitaverat; aliíque nauseabundi, donec materiæ comestæ modicum eructaverant; quæ ambo assumpta diluto & calori non adaptata apertissimè significabant.

II.

Exercitatio Dianoetica,

De Saliva acida, seu de acido ventriculi redundante.

ACiditas salivalis licet cominùs pectori non officiat, sanguinis tamen alienationes, è quibus pulmo tandem succutitur ut plurimum prægressa est : cujus causa ab assumptis spirituosioribus, in quibus partes acidæ delituerint, ne dicam ab ingluvie, in sanis fere semper oriunda. Cum etenim cibus potúsque menstruo, seu acori stomachi diluenti & tepori colliquanti non sint adæquati, non diluuntur nec debitè elixantur, unde frequenter acescunt, caló que impar & intensus extra vasa minora amarorem, remissior aciditatem parit. Saliva itaque acida est aquosa ventriculi proluvies supervacanea in os efflua, seu abdicata naturalis fermenti deficientis particula, cùm à calore improportionato dilutionis & subactionis negotium irregulariter peragitur. Quod symptoma rarò contigit, nisi illis quibus ad tempus saltem calor ventriculi defecit, & fer-

fermentum quo maduerit dissolutum conteritur.

Historia & Experimenta demonstrativa.

Vinosis compotationibus & aquarum spiritu turgescentium ingurgitationi qui à lautiori mensa nimis indulserit, aciditatis redundantis effectus per ructus & salivam experietur.

Omnes quos corripuit hoc symptoma, si non ab allegatis exorbitantiis ortum dixerit, vel extremo senio lassatos, vel à morbo pertinaciter adhærenti contritos deprehendes. Hisce omnibus tepor ventriculi imbellis facilè superatur, madórque conjunctus deficit, aut degener efficitur.

III.

Exercitatio Dianoetica,

De colore Sanguinis.

INvestigatio partis sanguinem rubedine tingentis incassum adhuc exercuit Philosophantium & Anatomicorum peritissimorum

rum ingenia. Nec mirum, cùm quæritant ubi neutiquam reperturi. Non enim in corpore constituto, sed in seminio seu corpore constituendo importatur, & deliteſcit tinctura latex & scaturigo. Sanguis enim est seminis per transplantationem dilatatio, semen verò sanguinis concentratio, sanguísve aliter modificatus, seu totius sanguinis systema, in cujus substantia hospitatur compositum potestativum. Nec hujus veritatis luci, caliginis quicquam offundit, qui in cerebro, licèt rectè, veneris & seminis radicem posuerit; cùm sanguis, ísque solùm arterioſus, cerebrum non solum alluit & alit, sed radicitùs constituit; & quod rubore deliturum fuerat dum in arteriis, gilvum fit in cerebro; in nervis & spinali medulla subalbidum; in parastatis instar olei albicantis pellucidum; in testiculis ex aqueo marmoreum: adeò ut ex variâ dispensatione & administratione caloris in variis corporis partibus, variâque commixtionis modalitate oriuntur & determinantur fluidarum & solidarum corporis partium colores & tincturæ, ut ut dum peregrinatur sanguis quoad figuram & consistentiam Proteus, videatur & instabilis, & quoad varias suffusiones & impressiones versicolor. Cùm tamen matricis ampliorem scænam denuo occupaverit, ubi nativo tepore & amictu fovetur, eundem substantiæ gradum, cui

magis qualitas est consectaria, resumit. Rubraque ejus tinctura in materie tenuissima & calore progressis vasculis destinato diversatur, & si ab alterutro vel deseritur vel desuescat, peritura. Nec magis mirandum semen albescens mutato loci tepore, nec non materiæ & instrumentorum commoditate sanguinem rubrum produxisse, quàm glandem seu potius punctum ejus nigrum apici connatum (in quo seminium seu spiritus totius arboris conglobatus delitescit) iisdem adminiculantibus quercum foliis viridem & cortice cinereum.

Historiæ & Experimenta demonstrativa.

E patellâ dematur sanguinis portiuncula crassiuscula subnigra, postquam subsiderit, digitóque mediocriter calente, in pelui vitreo aut stanneo glabriori, contere particulam dissociatam, & inter subigendum (quod digito approximatur) ruborem defæcatissimi sanguinis acquiret.

Sanguine rubore saturato seu floridissimo adhibe mediocrem qualemcunque calorem extraneum, & primò languidè rubet, dein obsoleto rubore flavescit, & è dubia tandem flavedine, si intensiorem administraveris, lactescit.

Semina

Semina florum tunicæ solo frigidiusculo nata & provecta, si arenosâ, fimo equino aut calce referta, vel calidioris cujuscunque generis terrâ inseruerîs, eos novo pabulo & calore fotos & innutritos variegatas & elegantiores subinde tincturas adipisci, hortorum cultoribus haud ignotum.

Gonorrhæam virulentam si quis perlustraverit, caloris in semine alienato gradus moderantes, & subactionis modalitates, tincturarum & consistentiæ authores facilè recognoscat.

Experimenta permulta & Chymicorum & Tinctorum re mechanica deducta hîc magis silentio premere, quàm meminisse libet; non enim artis indagationes, sed naturæ opera secretiora consuluisse & detegere animus est.

IV.

Exercitatio Dianoetica,

De totalis Circulationis necessitate & in sanis & morbosis, & de particulari ejus in tabida καταστάσει *deficientia.*

IGnicula quædam naturalia sanguinem mediocriter passim accendentia & dilatantia, ut & vasa permeabilia, non solummodo requiruntur, ad partes exteriores æquali & familiari rore perfundendas, individuorúmque durationem promovendam, sed etiam ad proluviem errabundam & supervacaneam ad distentiores partes propellendam, ejúsque copiam deponendam. Si namque partis alicujus vascula obturantur, aut designatis non perfungantur officiis, & circulationis rythmus & humorum ἀποσκέψεις (*i.e.*) fluxionis transitus simul intercipiuntur, unde μεταστάσεως emolumentum præscinditur: Qua de causa partes magis calentes & eo nomine nobiliores ferociùs lacessitæ citissimè corruunt. Scopis insudent utrisque artis nostræ Mystæ; pare-

paregoricæ quippe medicinæ adjumento vi naturali (cui unicè ſtudet medicus) dies a quot induciarum addidiſſe præclarum eſt.

Hiſtoria & Experimenta demonſtrativa.

Inguine Generoſi, annum 27 agentis, ſcr fuloſus increvit tumor, qui collum, ſcapula pectus, latera, pedeſque ſparſim ſimul occu paverat, ſuperveniebat Hydrops aſcites, a domen, crus dextrum, tibiámque dextra uſque ad talos copiosâ ac pellucidâ ſuâ ſu fundens aquâ; tibia etiam ſiniſtra nativo ro indiga conſpiciebatur, altiùs enim ſtrume durities inguini ſiniſtro impacta, arteria cruralem (per quam ſerum ad tibiam via ſibi parare affectaverat) premendo conſt pabat, & in pectoralia aquas ſuas nitroſ regurgitantes amandabat, uſque ad aſthmat inſultum ferocientes: dirupto tumore icho rem copiosè fundente, aquis ſubtùs fluent bus conceditur tranſitus, pectus ægri exten plo levatum, evanuit aſthma, cujus reſidu tandem aquæ accómodatâ remediorum ſeri evacuebantur. Non huic abſimile in mulier ex bubone permagno in inguine, quam etia phthiſis cum hydropis funeſtâ admiſcel trucidavit, obſervavi.

Apud illos maximè ſævire videntur fluxi

ones

nes, quibus membra amputantur, aut qui-
us à vaſorum exiliorum infarctione partes
emotiores imperviæ redduntur.

In omnibus tabe diuturna correptis ex-
remæ partes primò infrigidationem ſentiunt
& contabeſcunt.

Infanti pulmonario crebrò & difficulter
nhelanti tuberculum nucis juglandis magni-
udinem adæquans, tibiæ mediæ inſidens, le-
amen pectori & ſanitatem attulit per tres
menſes, cùm tamen tunc temporis rediebat
malum, aſthmate & diarrhæa deprehenſus ex-
piravit.

Sanguinem menſtruum in pectus effuſum,
& per os depulſum, nemo Medicus mirabi-
tur, qui eundem uterum nuperrime alluiſſe,
ex ſymptomatibus quibus dum profluit con-
flictatur uterus, luculenter detexerit. Cui
regurgitationi quum natura aſſueſcat, cum
minori fert moleſtia. Imò pectoralia robu-
ſtiora & molem refluam depoſuiſſe, & toti
levamen attuliſſe comperui.

In pleriſque quibus ſanguinis tranſitus, aut
debita per Epatis vaſa exiliora denegatur
percolatio, iis ferè omnibus ea de cauſa non
rarò advenit dimidii corporis dextri motus
ſanguinis cunctatus, partéſque ſpirabiles ex-
inde fluxionum colluvie magis gravatæ offi-
ciuntur.

V. Exer-

V:

Exercitatio Dianoetica,

De Narium Hæmorrhagia.

PEriodicam narium hæmorrhagiam moderatâ tabis acceſſum protrahere notum eſt: quod diverticulum & tutelam à natura ipſa conſtitutam autumo, & reiteratâ quacunque phlebotomiâ longè efficaciorem, qui per exiles iſtos tranſitus & fibroſas arteriarum extremitates tenuior calidiórque percolatur ſanguis, qui ſale volatili aut acrimoniâ ſtimulatrice coadjutus vaſculis aptus natus eſt exterminare:

Ab acriori & tenuiſſimo ſanguine narium exiliora perlucente, pruriunt nares, qui ſi coerceatur morbum creat.

Nec ideò inſulsè monuit Hippocrates, Narium pruriginem morbos vel earum hæmorrhagiam denunciaſſe. Incenſum itaque ſignorum præcedentium eſto medicantis, & præſidiorum ægrotantis.

Hiſtoria

Historia & Experimenta demonstrativa.

Juvenis ætatis 25. cui parentes tabis characterem impresserant, characterem impresserant, ab anno decimo sexto usque ad ætatem prædictam, vitam cum inconcussâ ferè valetudine ope hæmorrhagiæ transegit; semel enim aut bis quotidie unciam unam aut alteram narium sanguinis effudit, sub finem veris & per totum pænè æstatis curriculum: anno tamen prædicto solennis hæc evacuatio suppressa erat, præfocata per capitis infrigidationem sanguinis exiturâ, cujus palinodiæ dolorem capitis immanem intulit per biduum, quo tempore levato capite pectoralium infarctionem persensit, per æstatem, autumnum, brumámque durantem, cum hæmoptoïsi cæteríque signis phthisin denominantibus, cui venæ sectio verno tempore celebrata parum subvenit: elapso tandem vere subsequenti, postquam per diem unum cephalalgia exercuerat, denuo accedente Narium uberiori hæmorrhagiâ, pectus ejus liberatum erat, qui jam superstes sine manifesto valetudinis dispendio.

In omni sanguinis effusione per superiora particula quæ in hæmorrhagiæ prima accessione exierit falsuginosior, quæ verò subventura

tura magis edulcorata; Quod quivis gustu sentiet, qui sanguinem extuſſierit.

Complures narium sanguinem per intervalla copiosè fundentes observare licet, quibus postea à sanguine acriori intus coercito tabes totum depascens tacitè accesserit, iisque phlebotomiam maturè ac frequentius adhibitam apprimè subveniſſe compertum est.

Viro, cui sanguis serosior per biennium pectoralia jugi infercerat suffusione cum communi symptomatum congerie, ingruebat angina adeò gulam & laringis musculos obsidens, ut ciborum & spiritus via intercluſa videbatur; cui venarum brachii utriusque & talorum sectio, nuchæ & scapularium scarificatio, enemata, aliáque è siphone in guttur immiſſa, & exterius admota ne quicquam contulêre: à sublingualium veruntamen incisione respiratio parum dilatata, unde scintilla quædam salutis affulgebat, per narium tandem copioſiſſimam hæmorrhagiam pectoralia onus, & angina malitiam perfectè deposuere.

In omni capitis gravedine, arteriæ primo suas aquas extillant acriores, unde cerebri membranæ in morbi principio magis vellicantur, & sternutationes frequentiores concitantur: progreſſu tamen morbi, demulcta materia naturam vix laceſſit.

VI. Ex

VI.

Exercitatio Dianoetica,

De sanguinis congestione, nec non de seri separati circuitu.

Sanguis naturaliter constitutus vasa desti-
nata, profluendo, habitúmque corporis
fluendo circulationis stadium debitè per-
ansit; sed cùm propriâ consistentiâ & ma-
ritate destitutus quoad particulas ejus con-
tutivas separatur, variè disponitur, & ex
cidenti circuitum præternaturalem, sibíque
asi proprium vendicâsse videtur: Quod
im consistentiæ præter naturæ modum
mpactioris evadit, vel decumbit, vel gru-
escit, unde vel motus protrahitur, vel ipsum
stagnat; quod verò subtilioris, totum
rsæpe non illico circumfluit, sed stagno
candescens regurgitatur, unde æqualis in-
cationis methodus interturbatur: quódq;
cubuit, non rarò partis vascula, quibus
cubuerit, ita obturat, ut succus nutritius
ra infarctum parti denegatur, citráque
refluum ejus serum & partes continuæ
communi officio functæ, imò totum tan-

dem corpus, ſuo rore & nectare nativo de
fraudantur. Qualis irritatio licèt neutiqua
ſalina, cùm nimis tamen ſit copioſa, partiu
craſin ſolvit, earum poros amplificat, vaſcu
lis laxitatem induit, nimiámque mentit
nutricationem; hinc viſceris dimenſio pro
tenditur, pondus augetur, non ſine vic
narum compreſſione & nativæ conforma
onis jactura. A ſero denique influo exub
rante ſanguis minùs ſubactus ſeu immatur
redditur, & ab affluo rigata inteſtina, fæ
alvinas minimè figuratas excernunt.

Hiſtoria & Experimenta demonſtrativa.

Eques auratus Nobilis filius, annum age
trigeſimum, de dolore gravante ſiniſtræ pa
tis capitis queritabatur, à frigidiuſculâ au
impreſſione ortum ducente, hinc actutu
pori cutanei partium vicinarum tam arc
occluſi fuerant, ut liquores illic vaſculis co
cluſi tumultuosè agitabantur, & in illis i
debitam reddiderant circulationem, ut
micatione inæquali arteriarum temporali
conſtabat, eóque tandem res rediit, ut ap
plexiam minari videbatur, cujus tamen m
teriæ fit in humerum metaſtaſis, ubi pa
craſſiuſcula delata decubuit, more parap
giæ, radii & totius ulnæ nec non manus

ficationem intercipiens, quibus viguit sen-
tio robore & motu pereuntibus; tenuior
suo subsidio restagnante effervescens ex-
tabatur, quæ partes imbelles repetitis cir-
culationibus irroravit, ibique diutiùs foco
candescens tale infixit seminium, ut ejus
tice, salsugine & aciditate referto, sanguis
niversè scaturierat, & atrophus in toto con-
tituebatur: Caput exinde periodicè dole-
at cum arteriarum tensione, facies rubedine
ffundebatur, succrevit aliquoties appeten-
æ vigor, & vice versâ defecit, abdomen per
ces pertumuit, sponteque reductum sub-
dit, diarrhæa persæpe detinuit cum dolore
ni ulceroso & per lunæ φασεις diversas mu-
tiones subiit, quibus tandem adjungeban-
r sternutationes, oscitationes, & pandicu-
tiones frequentissimæ, nuchæ dolor horis
præsertim nocturnis cœloque nubiloso, spinæ
lumborum debilitas & totius quasi inar-
culatio, sitis per periodos inexplebilis, ali-
quoties verò per biduum minimè sitibundus,
olor totius ulceroso qui potissimùm in
nniculo carnoso sentiebatur. Hæc omnia
grotantem ingeniosissimum anxiè per tri-
nium exercuere, quo tempore multa in-
ssum sustinuit remedia, bino tandem vere
unico interposito autumno jugi methodo
sistens excluditur serum, maturatur & e-
lcoratur sanguis, & exceptâ brachii ἀφορίᾳ,
tus redintegratur.

Permultis quibus ſanguis alienatus, vel cordis palpitationem vel totius corporis jectigationem ſibi ſubſultum induxiſſet, exteriora debitâ alluvie non rigata marceſcebant, artúſque riguêre; in tali etenim luctâ opus inſuccationis ob indigentiam vehiculi tenuioris avocati, & aliorſum impenſi non peragitur.

In Rachitide non ſola viſcera nimiâ liquoris degenerati ſuperfuſione tenduntur, ſed unà ipſorum oſſium epiphyſes in ſpongioſam ſubſtantiam abeunt, (qualis pororum prolatatio, partiúmque diſtenſio, nutricationis ſpeciem præ ſe ferens, ætate provectioribus propter partium preſſiorem tenacitatem, niſi gravi aliqua de cauſa eâque naturæ adverſa, non contingit;) ſuccúmque nutritium illis partibus non deferri ex hoc liquet, quòd talis ἐπαφὴ roridæ adhæſionis indigæ non robur, propriam nutricationis indolem, progignit, ſed artus laxatos, carnis omnigenæ mollitiem, & membranarum flacciditatem.

Viro ætatis conſiſtentis, cui ſalinæ ſeroſitatis πλεονασμὸς nunquam ſæces alvinæ intestini recti figuram ſuſcipiebant, niſi poſtridie aut perendie à concitata ζυμώσει, quæ per cruoris ἀναδοσιν ſuperiora profligaverat: ea etenim bimeſtri aut circiter fluctuatione ſanguis aquas ſuas nitroſas compoſuerat, aut

per

...er sudores dissipaverat, unde per biduũ aut ...riduum debitam maturitatem adeptus ...st, ad cujus normam fæces alvinæ subactæ ...erant. Quod in quamplurimis animadverti. ...uibuscunq; aquositate salinâ sanguis co...osiùs perluitur iis alvus lubrica, nisi revulsio... ...liqua ad partesupernas ad tempus prohi...uerit: nec ullas arte sananda est talis diar...cæa, si serum in sanguine recruduerit.

Annotatu non indignum, quód ple...sque nequando σκύβαλα, nec ullatenus qui...em figurata secesserint, nisi à prægresso ...πυαλίσμῳ, aut cùm sudor cutes universè ...ræmadefecerit.

VII.

Exercitatio Dianoetica,

De Prodromis & præcautione Sanginis alienati.

EX inordinato motu & incalescentia ad...ulteratur sanguis, ut ex erroneâ fermen...tione alimẽtum: utrumq; verò sex rerum ...on naturalium administratione ad amussim ...ispositâ præcaveri possit, assumptorum ...tenim degenerationes sanguinis alienatione ...ut plurimum prægrediuntur, quibùs

 medi-

medicantiſi fideli monitu & clientelâ mat
præveniatur priuſquam morbi idæam con
tuerint. Ad cujus ortus perveſtigation
medici ſæpius στοκάσμου caligine verſati incaſſ
ſolicitantur, & ſi ex collata phænomen
ſyndrome tandem perdiſcatur morbi ca
& hyparxis, motus & maturitatis ej
tempora, ἐπακμὴ, ἀκμὴ, & (ſi non in æ
funus conſpiraverint) παρακμὴ deinceps e
pectanda veniunt. Ne itaque in diſcrim
natura devolvatur, errorum minimoru
initiis, non poſthabitâ eminus præcedentiu
tecmarſi, ſuccurrere opportunum eſt; n
inconcinnè Poeta, *Principiis obſta, ſerò m
dicina paratur, Cùm malaper longas invalu
moras.*

Hiſtoriæ & Experimenta demonſtrativ

Terrarum & aquarum halitus, ſeu (ſi mavi
aërem ſanguinis alienationem induxiſ
pateſcat, cùm genio loci morbos
effervescentias peculiares ortum duxiſſe co
templemur, et quod ad tabidos magis attine
ad plagarum aëris & ventorum commut
tiones, impreſſiones ſpirabilium, ſive p
ſuffuſionem, inſtillationem, aut inſpiratione
communicantur magis aut minus nocivæ.

In Chloroſi detentis, cùm motus ſanguin
expanſivus, debitâq; per loca conferenti
emanatio denegatur, alienationis deincep
reus dijudicatur

Cum

Cum per exercitia immoderatiora impensumve cujuscunq; generis calorem nixus sanguinis expansivus ruptis promoverur, si ejus effluvia cito crebroq; repressa fuerint, sanguinem subinde in alienigenam migrare naturam perspicietis.

Odor corporis maxime inter sudandum à consueto demutatus, cutisq; præsertim faciei quoad colorem defloreſcentia, habitus corporis mutatus, vigor langueſcens, hujus adulterationis jamjam factæ in morbis pleriſque diuturnioribus, præcipuè phthisi, indicia sunto.

Ciborum denique degenerationi præcedaneæ sunt variæ membranarum linguæ & palati perfusiones & oblinitiones; sapor sal amareſcens, æruginoſus, acidus, nidoroſus, dulcis, oleoſus & unctuoſus, quibus assidua adjungatur eructatio.

Pediculorum cita ac numeroſa productio non inepte inter sanguinis alienati, & morborum prodromos censenda; sanguinem quippe caloris & vitæ fomitem in exterioribus debito officio non functum, & ad interiora (ut hosti forsan adorituro obviam eat) revocatum indicat, calorq; irregularis horum formatrix activitatem suam in parte non exercuit, antequam nativi & familiaris ei ad tempus saltem defuiſſet fotus & irrigatio.

VIII.

Exercitatio Dianoetica,

De fermentationum Idæis & Specificatione.

OMni sanguinis alienationi sensim factæ enormis non raró associatur vel præcurrit fermentatio, in cujus essentiæ pervestigatione non minimus vertitur curationis cardo, & licèt vitalitas ejus in indebito calore stetisse videatur, diversimodè veruntamen inter fluida radices agit, & ad modum materiæ, ex qua primordia duxit, agitata molestat. Cujus veruntamen materiæ fermentantis, si liberior fit in vasculis universa reciprocatio, quod pepasmi seu reductionis capax facilius depuratur, quod secluſioni tantummodo destinatum facilius naturæ dominio subjicitur & propellitur, ubicúmq; veró restiterit, à præclusis aliqualiter naturæ repagulis regurgitatum & in naturam magis ferociens tumultuatur, unde spiritus vitalis (*i. e.*) sanguis (seu Medicorum anima) in suis focis accidentaliter accensis coercitus aliquoties suffocatur & extinguitur. Fermentatio itáq; sanguinis morbida est irregularis

ius agitatio ſive lucta & excandeſcen-
a, ex ſeminio ſeu fermento deliteſcente, â
ativa ejuſdem familiaritate deſciſcente ſub-
rta, ad cujus exiſtentiæ modificationem
bſtantiæ proportionem, partiumq; con-
ituentium diſpoſituram, movetur, ſepa-
atur, & partes adoritur, Ut ut fermentum
nguinis craſſiuſculus videtur incola, ex
no pabulum, ut in ſuo eſſe conſiſtat, pro-
ctat; oppoſita autem proprietate alterat,
ujus particulis dilutioribus præſertim ſero-
, ut ſuas vires ſanguini impertiat, utitur,
ciè multoties & ſenſim infeſtando, vimque
emum patulo exercendo totum ſuo impe-
o ſubjicere contendit, quodque quum al-
is ſeſe ſanguini inſinuaverit averruncare dif-
cillimum. Cujus præcautionis Syntaxis ex
ebita etiam & artificioſa rerum non natu-
lium obſervatione & accommodatione
epromenda eſt, aſt contemperationis &
rationis Methodum in parte therapeuti-
, quoad morbos quos retuli, ſpeciatim de-
neavimus.

Hiſtoriæ & Experimenta demonſtrativa.

Fermentationis natura vel mediocriter,
axi medica verſatis indies prælucet, ex va-
ſ ejuſdem prole, ſuccorum, *viz.* lapideſ-
entia, colliquatione, verminatione, ut &

ex

ex diversis agitandi modis. Acidi enim fe
menti partes errabundæ jugem agendi c
pidinem inducunt; tartarei & acrion
mordent, vellicant & periodicè convellunt
crudi & aquosioris consopiunt: bilescen
tis & sulphurei fervefaciunt: tetri & terre
strioris in mœrorem aut insaniam adigunt
putrentis fatiscentiam creant: maligi
languorem inferunt: venenosi seu toto g
nere naturæ adversi prosternunt.

Discretæ porro fermentationum propri
tates sensibus sese obviam dederunt in diver
sa ad peripheriam protrusione, utpote in v
riolis morbillis, impetigine, psora, vitili
gine, Essere, morbo pediculari & vermibu
cuticulam occupantibus, nec non in absce
ssum aut ulcerum diversitate, ut & in tume
ribus, scrofulis videlicet, erysipelate, phage
dæna, herpete, bubonibus, &c.

Fermenti substantiam ex materia spis
constitutam testari videntur lue venere
profligati, cujus colluvies glutinosior &
compactior ea parte arteriæ magnæ, no
rarò insederit quæ infimæ spinæ & ossi sa
cro subest, ubi plerumque micatio vehemen
cum dolore gravante conjuncta, à qua sca
turiunt emanationes subtiliores capitis me
ninges; periostium nervosum tendinosum
genus acriter petentes; quod subtile serum
fluet per secretum, ptyalismum, sudores, dia

tam

cam, expurgatum, contemperatum & exic-
catum fuerit, nisi viscosum ejus corpus te-
naxque venis aut arteriis impactum ex omni
parte seclusum secesserit, Sisyphi saxum vol-
vitor & malum recrudescit. Tanta est hujus
fermenti venenosi proprietas, tacitaq; po-
testas, ut non solùm reptoriâ vi sanguinem
universum diluendo occupet, sed partem e-
jus non mediocrem præter naturæ modum
præcipitando ad sui conservationem sibi u-
nit; partem etiam, ut vires suas contra na-
turam expeditius exerere queat, nimis atte-
nuando volatilem reddit. Immo sensibili-
tatem quandam hisce fermentis inesse jura-
ret, qui eorum activitatem pensitaverit.
Sub oculis instantiæ permultæ: unicam ad-
ducam. Domino ingeniosissimo hoc mor-
bo conflictato, cùm ultimæ ferè medicatio-
nis partes absolutæ fuere, oranti & vehe-
menter petenti, haustulum zythi spirituosi-
oris vino permixti Nutrix concessit; Erro-
ris reum improbavit eventus. Domatam
etenim & ob pabuli indigentiam effractam
& demortuum pene mali minerâ arteriâ
delitescentem (cujus doloris palpitantis ne
minimum quidem per dies septemdecim an-
tea senserat) suscitatam, opeque novi pabu-
li recreat, exultando quasi per horas ali-
quot vigorem suum pristinum exercere &
immaniter sævire observavi.

In

In febribus malignis fermentum venenosum primò sensim obrepit, unde sola mitia oborta fatiscentia; quum verò altius sanguini radices egerit, frequenter rapidâ vi insilit & prosternit: ejus autem seminium esse corpus παχυμερον liquet, cùm nec sudoriferis ex artis lege reiteratis aut sponte subortis, nec ullis aliis cedat, multò minus depellatur, remediis.

In fluxione periodica (cujus ergo fermentationis proprietates obiter breviterq; enucleare visum est) etiamsi tenuior pars maximè in naturam ferociens exinanita aut reducta fuerit, fermentum tamen compactius sanguini unitum, suique tenacissimum, novæ recursionis ansam præbet & materiam suppeditat; à quo sanguinis suscitamento ut plurimum secretionis effectore, & aquarum per pulmones expressione eos mediocriter madefaciente, sputatio frequentior aliquandiu promovetur, in quarum uberrima alluvie substantiæ mollitiem superinducente immerguntur, cui ptyalismus diuturnior succedit, à pressura verò liquorum densabilium bronchia obturantur, à vapore mitiori subtus petente distenduntur, aut eorum lobi aliqualiter inflexi surriguntur, à tetriori demum crassissimoque (nè dicam maligno) insufflato spiritu copioso asthma periculosissimum suboritur.

IX.

Exercitatio Dianoetica.

De Vasculis liquorum alienatorum vectoriis, & de eorundem dispositura.

LIquores naturæ congeneres, ut & alienati & redundantes, non diverso distrahuntur motu, sed iisdem importantur vasculis, & qui nec per ἐφ δρωσιν vasa visceráve maiora humectant, nec per affluxum replent, nervoso generi accumbunt, carnes alluunt, per secessum, ductus urinarios aut per sudores propelluntur. Qualem succorum sequestrationem præsertim vasa perfluentem haud raró cum molestia aggreditur natura, non sine levaminis affuturi certitudine, cùm vincendo secluserit particulam dissociatam. Nec solummodo serosa arterioso venosóque genere importata fluunt refluuntque, quorum quæ subtilissima, vinosa scilicet nitrosa & acriora, nervosum tendinosumque genus impetere visa sunt; sed & sordidorum halitus sanguine perfusi grassantur, quorum prætergressum cor ipsum aliquando patitur sine valetudinis manifesta læsura: horum veruntamen

tamen halituum irrorationem universal
in phthisis inveteratæ proventu citiùs deb
catis causam effectricem constituisse arbitr
quàm si sanguis quoad consistentiam de
querit.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Mihi nota est familia generosissima, c
affluxio periodica est gentilitia, quæ p
mensem aut circiter dat inducias, quam a
cessuram significat mœstitia cum exterior
infrigidatione, quæ symptomata tandem e
cipit dolor capitis pulsatilis & gravativ
usque ad fatiscentiam exacerbatus. Q
temporis curriculo è vasculis minoribus
majora sanguinis partes putidæ secretæ sun
unde per secessum summè nidorosa secl
duntur; Quo peracto vires refocillantur
spiritus sereni & alacres redduntur, quous
morbus denuò recurrat.

Non paucos mihi contigit vidisse sanguin
bilescente refertos & cholerâ humidâ spat
biennii plus minùs cruciatos, quibus omn
bus, per dies aliquot ante morbi insultum
non solum venæ, sed totius corporis genu
musculosum pertumescunt; subitâ tame
liquorum concentratione & secclusione cor
pora sublevata reducuntur, sanique perma
nent, donec prædictus morbus recruduerit

Per-

multos obſervavi, quorum liquores inci-
vix nervoſum genus influxerint, niſi à
potu aut diætâ ſalſugineâ vel nitroſi-
em vel eſſentiam tenuiorem obtinuerint,
faciliori negotio ex ſummi dictatoris
tentia nervos exinanitos pervaſêre, ſi ſci-
et Veneri frequentiùs indulſerint.
chificorum fatiſcentiam, cùm ſordida ex-
ſtorata fuerant, ad tempus deſiiſſe non
ò obſervavimus; quæ denuò congeſta
guorem indicabant recurſurum. Viſco-
dein & congelata diu retenta pectori gra-
men perpetuum, halitus verò ſordidorum
loroſi fatiſcentiam periodicam toti intu-
e.
Plotæ fœdiſſimæ operamque Medicorum
dentis, fomitem menſis ſpatio reductum
r inſtrumenta pectoralia exinanitum, &
natum deprehendi, depulsâ ſcilicet illuc
tida ſanguinis fæce.

10. Ex-

X.

Exercitatio Dianoetica

De motu Sanguinis devio seu fluxione in mis pectoralia alluente.

OMnigenæ fluxionis materies sangu importatur, & dum quoquoversum innataverit, haud gravat: cùm verò suc alienatus in gremio ejus hospitans consti tumultuosè agitatur, effervescit aut exsti lat, & in partem magis susceptivam illap deponitur, factaque διαχύσει, quum viam partem aliquam affectaverit, eam mado minùs familiari rigat, & si quævis ejus par cula talem spissitudinem acquisiverit ut non pateat exitus, partem replet, ejusq membranam distendit, vomicamque n raro progignit; huic negotio totus insurg sanguis & conspirare videtur, cujus liqu rem exauctoratum minùs crassum per vasoru tunicas viscerumque membranas διαπνοὴν seu exudatione expedire cernitur, non s ne emolumento, si partem ignobiliorem pe luerit, & cum successu haud minùs felici, partis suscipientis vigor licet nobilioris co

stiterit

iterit, & affluxi molem exoneraverit. artes verò qualibet hujus reflui liquoris ca-aciores redduntur, si condoluerint, si pe-uliari genio seu nativo nectare defrauden-ur: ut in phthisicis, à prægressa ἀναστομῶσει, ἀνρέσει, aut ἀναβρῶσει: vel si vires earum impacto humore gelido langueant, si suc-us proprius partium liquatus defluxerit, uibus jam infirmatis sanguis cum suis super-caneis citiùs corruit, non modò si in par-bus cordi vicinis ejus εὐοδία perturbetur, ommotâ quasi in compitalibus seditione, d si remotiora angustentur vel tensa & ideò iliora facta minutissimas canales fluxui & fluxui dicatas non sat pervias reddide-t.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Viro ætatis maturæ, moderatè victitanti, ediocriter carnoso, exercitiis dedito, ob equentiores saltatus, arteriæ nec-non ner-cruris dextri adeò tensæ, angustatæ, & bilitatæ fuerant ut sanguinis per arteriam uralem extrusio exigua & perdifficilis effi-retur, unde minus calebant partes subje-, præcipuè per tres quatuórve horas post utiorem mensam, ubi dolor quidam obtu-inter sedendum membrum ferè rigidum ddiderat, qui dolor cum conjuncto stu-

pore cœlo udo, incrementum ſumpſit: quando caput ejus inter itinerandum à ra ſolaribus, aut ab aſſumpto vino, vel zy ſpirituoſiori incaluerat, dolor onuſque vaſ lorum cruris evanuere, & caput ſu mis cruciatibus tentabatur; quod inſup à reſtagnante alvo eveniſſe non ſemel o ſervatum. Dira ſanè fuere hujus flu ſymptomata, lypothymiam, ſudores fri dos calidoſque viciſſim inducentis. Po quam verò hæc lucta ſpiritus nunc conce tratos & ſubinde dilatatos immaniter ex cuerat per horas quinque aut circiter, pac ta erat, donec è novo regenerato latice m ſum recruduit. Huic poſt aliquot men (menſis enim circuitu recurrebant fluxio ſymptomata) ſuffarciebantur ſpiritalia, c citabatur tuſſis moleſta, arteriæ pulmoni divaricationes ſanguinem paulatim eruct bant, per ſpatium bimeſtre, tandem pur lenta; quo tempore dolor cruris & capi evanuere, methodo veruntamen noſtrâ i ſiſtens incolumitatem recuperavit.

Phthiſicum quendam deploratæ ſortis i feſtabat dolor dentium admodum trucule tus per biduum, quo intervallo ſymptoma & character omnis, excepta macie, quib phthiſis legenda & denominanda veni prorſus obliterata videbantur.

Quamplurimos ex inundatione pectorali

...uente gravatos, usque ad spirandi fre-
...uentiam & difficultatem superveniente
...yalismo liberatos indies observare licet.

Nonnullos præsertim seniores asthmate
...xatos novimus: quibus cùm ventriculus
... intestina laboraverint, spirabilia liberan-
...r, & vice versa.

In aliquibus gonorrhæâ non virulentâ
...etentis, cùm tussis acriter premens & spi-
...bilium suffarctus supervenerint, simulac
...ateria tralatitia consistentiam extrusioni
...tam adepta fuerat, tussisque aliquantisper
...data, desiit profluvium. Quod etiam in
...uore muliebri correptis observare licet.

Bis morbi Indici virus in thoracis capaci-
...tem refluum animadverti, conquiescente
...gnorum flagellantium catervâ, quibus lues
...pata venit, immaniter verò sæviente pthi-
..., unde anhelitus, sœtor nequissimus & pul-
...onum ferè totalis per putredinem devasta-
...o. Quod ex aperto utriusque patuit cada-
...ere.

Nobilissimus Cambrobritannus temulen-
...s podagrâ cruciatus, primo aut secundo
...cessionis die post applicationem portiun-
...ulæ luti marini cum ejusdem aqua in mo-
...um pulticulæ subacti convaluit, retroce-
...ente fluxione. Quo per annos quatuor
...ctitato (annuatim enim tempore autumnali
...ecurrebat) dolores demulcebat, & aqua-

rum salinarum asperginem reduxit: Quin
to veruntamen recidivæ anno, reiterato ca
taplasmate, vice podagræ totius tremor &
asthma insuperabile suboriebantur.

XI.

Exercitatio Dianoetica,

De Fluxionum prodromis.

Signis ἀσημοτάτοις non prorsùs destituun
tur fluxionum insultus valentiores, qui
bus auscultat, quæq; respicit oculatus Medi
cus ut iatercipi possint, quarum pervicaciss
mi affuturi per prodromos denuntiantur, a
modum veruntamen laticis morbosi, ut &
perpessuri crasis figurata, & quod ad tem
pus attinet citius aut serius luctam impe
dentem retectura; in qua belligeratione fi
est totius morbi hyparxis, quæ plagam fo
san indelebilem parti fatiscenti infigat, ni
proditis ejus è longinquo petentis vestigi
individuo in neutralitate decidentiæ consti
tuto succurratur.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Fluxioni lunæ primis quadris naturæ bel-
um indicaturæ, tertia, *viz.* ante accessum
octe præveniunt vigiliæ; dieque subse-
uenti diarrhæa per horas tres aut quatuor
uratura, à quo die usque ad velitationis
oram alvus ἐπὶ δὲ πολὺ restagnat.

Prædicta inundatione tentatis pridie con-
essus è somno nuperrime suscitatis, udi o-
ili, musculi omnes distenti; fonticulorum
olor aeris, labiaque nigricantia, urina aucta,
dores matutini maxime pedum intercepti,
stem comminus adoriturum prænuntiant.
nguinis tandem expansio citaque ejus re-
actio cum pari sudorum vicissitudine cer-
men initum denunciant.

Liquorum verò circa plenilunium desci-
entium prodromi sunt sudores glutino-
res, fonticulorum si qui aderint circa la-
livor aut nigredo, ubi aquosorum copio-
expressio, mœror, totius torpor & in-
avescentia, extremarum, inprimis pedum,
frigidatio.

Sanguinis autem fervidioris turgescentis
fluxus valde sunt incerti, prægrediuntur
men sæpissimé nocturnum profluvium,
uli rubentes, venæ faciei intumescentes,

& cruoris titillationem inducentis per fo
culos expressio.

Hæc omnia pectus caputque ex toto ri
tura detexere, symptomata verò quæ vi p
culiari pectoralia perculêre in Theatro n
stro tabidorum perstringuntur, hoc ita
in loco retractare supersedeo.

XII.

EXERCITATIO DIANOETICA,

De diebus horisque fluctuationis diacriticis.

NAturæ polydedalæ molimina penitio
depingere perdifficile, in eo verum
men studium sedulò collocandum, cu
vestigia nonnisi assum premunt artifices s
su ducti, ortum & causam cujuslibet ejus m
tus per recognitionem edisserentes. Prop
latâ itaque quacunque fluxionum specie, p
cautionis gratiâ periodi pervestigandæ q
rum incessus universaliores, eoque concit
tiores circuitus dedêre distantissimos, art
rias carotidas cervicales leveisque pari pr
sura ut plurimum onerantes, ut ut licet si
cis temporibus horisque liquor alienat
edoriatur, διάκρισιν perfectam non subi
pr

usquam sanguis eo temporis instanti con-
ntratus in partes sui partem expresserit,
ecâ solâ refertione aut biliosorum incertâ
accidentali incalescentiâ talem fluidorum
rrivationem subventuram existimavi, a-
iora quippe aquosaque omnia, etiamsi or-
nis mitioris periodis certis agitata, deflu-
nt.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Fluxionis diurnæ mitioris œconomiæ ho-
s matutinis perpetim sui portiunculam,
sanguine nocte præcedente concentrato)
xprimunt; nec non hora quarta, quinta,
ut sexta pomeridiana; repletis tunc tem-
oris chyli receptaculis, cui ut via sit patu-
sanguis forsan sui particulam, è qua sine
ettimento sese extricare poterat, in thora-
is capacitatem secludit. Nec adhuc satis
onstat an chyli subtilior pars ea interca-
edine per ejusdem ramificationes thoraci-
as eò delata negotium pulmoni facessat,
ui etiam per secretiores ἀναστομώσεις, ne di-
am per poros (in corpore enim humano
ut summi præceptoris verbis utar, ξυμπνοα
ξύρροα omnia) exitura præbeatur. Quod
estari videntur sputa quæ ab assumptis illis
quæ statim in pectus fluxerint, non solum
aporem, sed tincturæ momentum prensare
cognovimus.

Primis

Primis lunæ quadris præsertim noctib
novilunium præcedentibus salina & actio
magis concursare & in partes imbelles
ruere non semel observatum. Ultimas
ro Lunæ quadras, præcipuè plenam e
φάσιν, aquas insipidas & densabiles auge
horisque nocturnis partes magis lacesser
non solum coryzâ, catoche & Letha
tentati, sed etiam pulmonarii frigidor
suffusione congestionis copiosioris effect
ce laborantes contestantur.

Asthmatici fere omnes noctis conticin
occlusisq; eventilationis poris maxime pe
clitantur.

Bilescentes sanguinis particulas exte
plò levique de causa fluxionis mitioris
perincerti seminium subministrare ratum
ciunt insolationes, nimia corporis agitat
terror, & excandescentia; cujus tamen la
cis emanationes universaliores, annuo bie
nali aut triennali circuitu vascula majo
confertim replendo infestant.

XIII. Ex

XIII.

Exercitatio Diadetica:

De fluxionum reductione & proportione.

NOn rectius quicquam asseruit Medicorum antistes, *Cum horum quippiam* (i. e.) humorum inter fluida descisscentium) *per se extiterit & secretum fuerit, gravare incipit.* Non tamen omnis liquor fluctuationi dicatus secernitur: quod enim maturationis, reductionis, & unionis capacius tanquam dedititium naturæ legibus subjugatur, in cujus Oceano denuo expatiari permittitur; & quod pepasmi non capax, si natura vicerit, propellitur, cujus seminium licèt multum molestiæ dum in sanguine agitabatur facessserat, quum tamen secclusum, parvæ molis & majoris activitatis fermentum reperitur, in quo quintam essentiam totius exæstuationis nos meritò collocâsse liquidò constabit.

Histo-

Hiſtoriæ & Experientiæ demonſtrativæ.

In dolore Capitis immani non raro ſubtiliorem fluxionis partem, unde ſemper magis laceſſitur natura, levi de cauſa eaque procatarctica ad tempus exæſtuantem, rurſus tandem in ſanguinis ſinum antiquo & familiari amplexu receptam obſervare eſt, quam etiam narium hæmorrhagia ſæpius exinanivit.

Nonnulli dolore anxio deprehenſi fuêre, priuſquam ſanguis furunculum unum aut alterum ad cutem protruſerat; quo peracto non amplius queritabantur. Alii levi ſolummodo partium magis calentium ſeu interiorum prurigine atrocioris calamitatis cauſam depoſuêre.

Fatiſcun, non pauci ad λειποψυχίαν pœne perducti, quouſque per hydroa rariter ſparſa, vel epimyctides ſanguinis perturbatorem profligaverint.

Juveni eufarco & robuſto impetiginis materiam topicis toties quoties repreſſam, ad inteſtina repulſam colici atrociſſimi Paroxyſmos intuliſſe vidi, à qua malè curata aut ſponte reducta phthiſin dein ſubortam deprehendimus.

Nè minimam quidem ſugillationum, contuſionum,

usionum, aut aliorum tumorum partem placatam, resorptam, & fluidis itérum associatam vidimus: quod in interioribus propter caloris vicinioris energiam facilius præstari conjectandum: Nec mirari subeat, quum hydropicorum quorundam aquas in instanti ferè nullaque facta ad sensum διαφόρησιν reductas comperimus.

Novi virum morbo cholera anniversario aut biennali circuitu periculosè excruciatum, ita ut noctis curriculo quadragies plus minus persuperiora, & per sedem toties deponeret, cui nihilosecius quum convaluerat, liquoris effervescentis exigua portiuncula alienata per intervalla digiti unius apicem alluere & quasi leniter adurere cernebatur. Quam particulam suæ tenacissimam, fermenti essentiam, recrudescentiæ scaturiginem, eumque locum subterfugium fermenti, à peracto conflictu fuisse facilè conjicio.

XIV. Ex-

XIV.

Exercitatio Dianoetica,

De sanguine exotico, seu de sanguine extravasato stagnante.

Male sibi consulunt Medici complures, alioquin exercitatissimi, Sputorum naturam perfunctoriè lustrantes; quorum non pauci pos tussi rejectum, præcedenti hæmoptoico affectu, necessarium abscessus aut ulceris productum pronuntiat phthisisque affuturæ signum pathognomonicum; dimidiatim sanè doctrinam Hippocraticam pensantes erroris ansam arripuerunt, mordicus tamen opinioni adhærentes despondent, manusque auxiliares admoviſſe desperant, non sine gravi & miserando invalidorum damno. Sputa tamen simul ac in pectoris capacitatem summota, non prodeunt, sed vasis majoribus immorantur, quibus ulteriorem subactionem, colores, consistentiam, & perfigurationem debent: ut & ejectamentum sanguinis stagnantis, licet nomen forsan puris mereatur, & ignitis carbonibus projectum fœtide oluerit, non semper pthisin accursuram vaticinatur, nec à pulmonibus

bus immediatè proficiscitur. Sanguis enim depuratissimus si tepore proprio non foveatur, putrescit; quælibetque ejus sinceriores particula vasculis effluæ, cum reliquis partibus incoibilis & tanquam incola propriis domiciliis exerta & caloris familiaris indiga labascit: Dum tamen intra vasa raro solius incalescentiæ rejus; quandoquidem perdita ejus debita consistentia & permixtis extraneis dissentientibus alienatur.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Virgo succulentior alsiosa, cui menstrua non fluxerint, obturatis per mucositates meatibus uterinis, flato extrusionis circuitu, sanguinis copiam tussi rejecerat; horis verò matutinis quamprimum expergefacta fuerat, puris tantundem: Quo per triduum aut quatriduum peracto, libera ac secura remansit. Quod multis ingruente menstrusali excretione accidisse compertum est. Idemque quibus sanguis circumfluus noctu à capite in trachæam sensim illapsus fuerat, contigisse observatum.

Scutula aut cochleari excipiatur sanguis dum recens ab incisa vena prosilierit, & succensis carbonibus impone, nares admove, ilico odorem fœtidissimi puris expirat.

San-

Sanguinem è vulnere nuperrime inflicto fluentem cohibe, ut cutem tangat, corporisque superficiei teporem sentiat, post aliquot horas consistentiam, colorem & odorem fœtidissimi puris obtinet.

XV.

Exercitatio Dianoetica,

De Sputi materia, & Essentia in genere.

Sepositâ aquositatis consideratione (quâ ventriculus nimis irrigatus) mediante œsophago ejusque membrana linguæ & ventriculo communi, sine tussi aut screatu in os fluxuræ; nec non madore, per soporalium arteriarum terminationes earúmve tunicas excluso, cerebrum rigante, & exinde per palatum in os stillante, pari pariterque innocua facilitate ut plurimum ejecto, sputi naturam, à quo pectoralia suam contraxêre perniciem, ejusque motum venari consultum est. Quod nihil aliud est nisi liquoris particula à sanguinis massa per vascula præsertim arteriaca pectoralia in pulmonis capacitatem per suffusionem translata, quæ motu pulmonum contractivo, tussi dicto, in

in trachæam, ſcreatu tandem amborum vel cujuſvis adminiculo in os ejectionis ergô deducta eſt. Sanguis itaque ſe habet pro ratione nutrimenti, ſputum verò pro ratione ſanguinis.

Hiſtoriæ & Experientiæ demonſtrativæ.

Prædictorum veritas cuilibet innoteſcat qui ſputorum ductum reputavit, aut permultos aſpexit (quibus cerebrum ficcum nequicquam udi in trachæam exſtillaverat) ſputorum copiam motu recitato ejicientes.

Incumbat quilibet operi defæcationis ſanguinis, adhibitis ſerie Methodica remediis eò deſtinatis, & licet pectori familiaria prætermiſerit, ſputa tamen cum ſanguine depurationem & rectificationem iniiſſe comperiet: vel, cui ſputa malè ſubacta & colorata prodierint, ſudores pro euphoria imperentur, quibus ſanguis à ſpurcitie optimè vindicatus detergitur, iiſque ex artis lege peractis ſputa ſimul depurationem & perfectionem conſequuntur.

XVI. Ex-

XVI.

Exercitatio Dianoetica.

De vasculis sputorum susceptivis & expectorandi modo.

ARteriam Pulmonicam cum suis divaricationibus ejectamenta sanguinis suscipere, & perinde in tracheæ dissemination deponere, easque obturare, positum est extra omnem controversiæ aleam: eâ verum tamen obturatione, pro eorum ideæa & uberrate alii magis alii minùs officiuntur, & pro eorundem dispositura alii citius alii serius anacatharsin moliuntur. Nec par cuique spirabilium instrumentorum conceditur libertas: hos tussis acerbior fatigat sine expectoratione; illis levis screatus aut tusticula materiam modestè solicitantem rejectat; his sputa nimio ichore seróve perlum & retrò allapsa pulmones inani exercent conatu; illis granula pertinaciter indurata ægrè tandem secedere coguntur; his nativa pulmoni algidior mollities negotium irritum facessit; illis crasis spiritalium validior & calentior materiæ configurationem & proventum sine noxa festinat; his dilatatior pulmonis & mediastini seu septi lobos ejus disjungentis motus, materiam concutiendo

modo expedit; illis pectoralium nimia ex plenitudine distentio vel constrictio, sive connata sive adventitia pulmonum debitam explicationem impediens motum cunctatur, aut ineffectivum reddit.

Historiæ & Experientiæ demonstrativa.

In sputorum diagnosi, quæ ad supernas tracheæ partes traducta fuere, screatu aut tussicula minime laboriosa exploduntur; quæ verò imis insederint bronchiis, difficulter rejectantur.

Mediocris consistentiæ sputa & uberiora facili negotio expectorantur, nimia liquida aut parvæ molis aridiora, & in globulos compacta, ægrè è suis recessibus, exiliorum (scil.) levium arteriarum cavernulis, intercepta profluunt.

Extremos egere dies omnes pœne phthisici, quibus advenerit lobi alicujus adnascentia; quibus verò pulmones universim ferè pleuræ accreverint, ut in plerisque, citius succubuere. Quod ex morbi collata perennitate, & ex dissectis hujus generis strage pestilentis dilucidatur.

XVIII.

Exercitatio Dianoetica,

De temporibus ἀναγαθάρσεις dicatis.

NAtura dein propriæ securitatis consultissima, quum in pulmonariorum salubrioribus, materiam sputorum è sanguine, unde ortum duxit, suppeditaverit; tempora fabricationis & extrusionis illis mensurat & assignat. Non etenim cruda aut indebite subacta (ut alibi ὀνοδεικτικῶς declaravimus) naturali impetu seu sponte prodeunt, sed ad expulsionem coaptata, matura scilicet & ad vasis particulam cui insederit quadantenus effigiata. Quique hujus generis protrusione non interpellata exercentur, salutarem naturæ (cui tota res permitti debet) ordinem tenuere. Si vero ejectamentis licèt mitiùs allapsuris commata interponantur, & naturæ legi non obtemperaverint nisi ad loca conferentia projecta, insultum valentiorū crearet primordia. Mos itaq, pulmonariorum in τεκμάρσεις non infimum obtinuit locum, cui ut artis honori consulatur collimare de eorum est.

Historiæ & Experientiæ demonstrativa.

Qui à motu concitatiori, aut screationum voluntaria anticipatione proventum sputorum acceleraverit, pectoralibus negotium laboriosissimum facessit; quæ tempore à natura destinato facilè rejectantur.

Quibus è sanguine per pectoralia diu, liberè, ac jugiter suffusa ejicitur aquâ, hos citiùs ac faciliùs spiritalium onera deposuisse deprehendas, & è contrario.

Ingruente tussi omnia difficilia & laboriosiora, temporis verò progressu, subacta & maturata colluvie, usque ad δυφορίαν mitiora.

XIX.

Exercitatio Dianoetica.

De Sputo albo spumante.

Sputum album spumosum aquositatis magis fluxilis, in pulmonum aut faucium capacitates exudatæ, & ibidem agitatæ, productum judico. Quod verò à capite per cerebri infrigidationem in spissum cogitur,

 nisi

nisi in faucibus elaboratum diuque retentum minùs candidum, magisque mucaginosum, nec in bullìculas abit, unde rarò aut nunquam læditur pulmo: si tamen spumescat, partium motum, æstum & aëris insufflationem contuliſſe ris or. Præter hæc, si sincerum prodierit hujusce generis sputum, ne quid ultra nobis apportat præsagii, internæ solummodo sudatiúnculæ effectus videtur, spirituum aut partium motu frequentiori concitatus.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Inter exercitia multiplicatur sputum spumans, in illis præsertim, qui ad corporis περιφορὰν nil aut parum propellunt. Motum verò faucium & pulmonum horsum conduxiſſe ex eo liquet, quòd frequenter tussientibus & πολυλόγοις semper contingit.

Si ad trutinam expendas, hoc sputum leviſſimum, cujus pelliculæ aquosæ aëre refertæ turgescunt.

20. Ex-

XX.

Exercitatio Dianoetica,

De Sputo subalbido Pellucido densabili.

PArem naturâ legem plantis dixit atque animalibus, & utrisque, asserente sene erroris nescio, concessit καὶ ὀξὺ καὶ πικρὸν καὶ γλυκὺ καὶ ἅλμυρον καὶ παντοῖον Nec insipidarum aquarum indigus Microcosmus, quarum mediocri proportione ad sanguinis contemperationem utitur, quodque supervacaneum, si intra vascula coerceatur, totum gravat; ut & extravasatum partes, præsertim spirabiles, si in eas ἀθρόως aut copiosè congerantur. Cæterùm parùm refert quod ad rem nostram attinet, an lymphæ mites à vasculis suis designatis oriantur, vel an illis peracto opere destinato redactæ fuerint, modò eas cum sanguine circulationem subiisse & in majores cavitates per expressionem elutriatas inspissari comprobavimus. Utcunque sputa blandarum aquarum producta minus nociva sunt, plusque laboris quàm periculi important: quæque non celeriter per trachææ canalem aquarum instar corrivata profluxe-

 rint,

rint, in spissam & viscosam substantiam percocta difficulter prodeunt.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Matrona nobilis ætatis 47. cusarca, at verò valetudinaria, cui vascula omnia in epate, liene, & mesaræo definentia obturata fuere, horrorem inæqualem aliquoties, infrigidationem verò partis alicujus semper, perpessa est. Qualem infrigidationem aquæ gelidæ affluxuræ superfusionem assimulasse asseverabat, & licet saburram subducendo insudavimus, adhæsit hoc symptoma: Quoties verò ptyalismus aut diarrhœa supervenerint, ad tempus desiit. Præmissis demum aliquot catharticis quibus viscosa copiosè secluſa, postquam sudores in stupha sicca multoties excitati fuerant, diætâ parcâ & ficciori perfectè convaluit.

In plerisque lymphæ tenuiores è sanguine emergentes, primò trachæam copiosius alluebant, unde evanuit algor, suboriebantur sputa tenaciora, pellucida, cum sereatu laboriosissimo, à quorum congerie pectoralia pertinaciter infarciri annotavimus.

Omnibus Pleuritide correptis, postquam purulenta per ἀναχώρησιν expurgata fuere, successit per dies aliquot hujus idææ ejectamentum,

meatum, à quo cum premuntur viscera vasa naturalia, minus obturantur spiritalia; minime verò si ejus muco oblinita fuerint intestina. Quem mucum in Rachitide affectis inæqualiter è sanguine expressum succi nutritii vicem gerere autumo. Eundemque in infundibulo uretrum stagnantem obturare, serique meatum præcludere, atque in ventriculum & intestina regurgitare, dorsi dolores, vomitiones, tormina & ischuriam notham, procreare pro certo habeo. Imò talem viscositatem vasis majoribus adhærendo non raro sanguinis reciprocationem præpedire videre est. Quod semel in arteria pulmonica, venosa dicta, infante ternario subsultu è vivis erepto observavi. In partes denique extimas particulares, si inæqualiter diffusæ fuerint aquæ densabiles, tumores œdematosos constituunt; si verò in universas, totius œdema æquale, seu affectionem Leucophlegmaticam & anasarcam curatu difficillimam.

In sexu fœmineo vel frigidioris temperaturæ maribus, ut & in convalescentiæ statu collocatis, quibus *scil.* sanguinis calor minùs viget, vel per morbum longioris durationis atteritur & infirmatur, increvit in toto hæc mucositas, obturationis vasculorum radix pertinacissima.

21. Ex-

XXI.

Exercitatio Dianoetica.

De Sputo luteo.

A Latice forsan bilescente scaturiit luteorum sputorum materia constitutiva, sed sanguine ante secretionem ita delibuta, vt sapore suo saltem eminentiori spoliata sit; Et ut salina ulcusculum erodendo, sic putrentia ingrediendo, incitando, & in tumorem attollendo infestant: Hisce tamen semper salina & serosa, partem suscipientem nimis intenerando & spongiosam reddendo prævenire & aditum parare crediderim; quæ quum salis miscelâ destituantur, facilius putrescunt, ambo conjuncta vulnus compositum internum curatu difficillimum constituunt. Nihil tamen impedit, quo minùs liquor, alioqui tenuis claruſque & sat naturæ (dum sanguinem perluerit) familiaris, alienum calorem sentiens in luteum abierit; & ut sanguis dum à scaturigine & vasculis assignatis dissociatus, tincturæ & consistentiæ orbatus stat; sic sputum, ejusdem ejectamentum, itinerando, ad partium, quas tetigit, & teporis varietatem mutatur,

tatur; nec qualitatem aliquam eminentiorem, quæ dum sanguine importatum fuit fruebatur, amplius retinet: Multo verò minus mirandum, si sputa lutea saporem amiserint, cùm non solum massâ sanguineâ universim perfusa fuere, sed per partium parenchymata & membranarum poros percolata. Per hos etenim meatus angustissimos non transivit illa substantia in qua amaror habitaverat.

Historia & Experientia demonstrativa.

Bile seu particulis amariusculis omnis sanguis perfunditur, quæ pro condimento ei assignatur; nulla tamen ejus aut totius corporis pars fluida (exceptâ eâ quæ ex ejus massa secreta fuerit eminenter inter gustandum amara, ut in extremis vomitionibus cum à communi hospitio vel fortè proprio & determinato receptaculo revulsa) tanta amaritudine linguam fauceſque inficit, ut exinde nervi lacessiti capitis concussionem inferant.

Quamplurimis quibus vena secta, cuticula à sanguinis aspergine inter fluendum derasa incaluit: vasculis veruntamen, quantum ex conjectura assequi potuerim, blandus satis erat ille ac benignus sanguis:

In

In cadavere dissecto mihi inter alios Collegii nostri Medicos cervicem vesiculæ felleæ tophis obturatam vidisse contigit; turgebat autem vesicula sero pellucido, per tophos (semina coriandri saccharo inæqualiter obducta mentientes) tanquam per filtrum crassioris texturæ expresso: serum tamen quo referta fuerat gustanti planè insipidum, quod igni etiam admotum in mucaginem albicantem ovi albumen assimulantem coagulabatur.

Non jugiter prodeunt lutea ejectamenta, nisi jugis sit humoris excandescentia; vel per calorem à frigido in suo foco coercitum, vel à propria ejusdem corruptelâ & exuperantia: quod à querelis eorum qui talia sputa ejecerunt quilibet Medicorum facile discat.

Portiunculam hujus liquoris lutei per cutes trajecti inter exercitia sudores fundentia, sub axillis & è collo non paucos excrevisse lotricibus non ignotum.

Ex

XXII.

Exercitatio Dianoetica,

De Sputo subcæruleo, subnigro, & ferrugineo.

Licèt visceris nullius parenchyma sine caloris adaptati adminiculo sanguinem subefecerit; Sputa tamen sanguini, & viscerum succis, ut & nutrimento materiam suam debent, & tincturarum varietates mutuantur. Inter ea notatu digniora non raro sese obtulere Sputa subcærulea, ferruginea & subnigra; quæ non, ut à pluribus autumatur, ab illis quæ spiritu narium vel attrahuntur ortum ducunt; sed ab illatis, & aliquoties à proprio visceris aut alis succo inquilino, à liene forsan tanquam à peculiari ergasterio primario profecta & fabricata; quorum quæ in sanguinem recepta, circulationis beneficio excretionem subeunt. Non tamen quamprimum è vasculis prodierint colore tam furdo prædita esse reputo, sed & roris instar viscera vasave suscipientia perfundant necesse est, ubi condensata colore fusco tinguntur. Caloris

ris veruntamen gradus non per se tinctu
rum effectivi, si tamen excesserint vel n
miserint, sputa magis minúsve colorata re
dunt. Ad ea verò quæ retuli conficient
naturæ ignicula remissiora diutius continu
ta solicitantur.

Historia & Experientiæ demonstrativæ.

Calori solari intensiori aut culinari e
pone ejectamentum subcæruleum, & pro
tinus in omni parte albescit; quod non fi
si pulviscula extranea inter spirandum fu
sputis immiscuissent.

Sputa assimiliter colorata tenuioris con
sistentiæ nemini ut puto vidisse contigit
omnia quippe hujus coloris mucaginosa.

Ab esu eorum unde pectus infrigidatur
hordei scil. & pomorum hujus sputi exaucto
ratur copia: à sudorem verò fundentibus
à continenti Medicamentorum hydrarg
rum recipientium usu, ut & quibus calor
morbo diuturniori atteritur, edaculis, ex
ercitiis, & jejuniis deditis, quibus pectu
calet, aut quibus sæpiùs suffumigia usur
pantur, haud expuitur; iisque raró an
nunquam acciderit, quibus pectus tussi
frequentiori succutitur: quæ omnia hujusce
farinæ sputa à calore remissiore diutiùs cocti,

&

& è pectore multoties frigidiusculo, flacci-
lo tandem, proventura contestantur.

Memoria hujus Sputi suggerit exem-
plum cujusdam mulieris mediæ ætatis, cum
impluente catarrho, cujus lien tetris vapo-
ribus ita suffercit cerebrum, ut inde quavis
aurora destillaverit sputi ferruginei copia,
faucium æstu ad eam consistentiam cocti,
ut telarum aranearum speciem adumbrave-
rit, cujus portiunculam catarrhus calidus
in arteriæ partem superiorem aliquoties de-
truserat, reseratis tandem & detersis lienis
vasculis pacata est tumultuatio, desiit catar-
rhus, & sputi commemorati proventus.

Ovi albumen si diu, licet lentè incaluis-
set, alborem amittere & subcæruleo colore
tinctum fuisse deprehendimus.

Sub finem tussis accidentalis per congesti-
onem ortæ, sive expectorationis crassiuscu-
æ periodicæ, sputa hujus generis, ut omnia
minus depurata albescere & defæcatiora pro-
venisse animadverti. Nequidem talia reje-
ctasse observaverim, nisi cui lien uterúsve
in vitio fuerant, nec concoloratum mucum
naribus unquam emunctum spectare li-
cuit.

XXIII. Ex-

XXIII.

Exercitatio Dianoetica,

De Sputo Salino.

Sputum salsugine refertum sanguinis sale perfusi progeniem, licet fluidorum sit incentivum, raro tamen subitanea vi sua incisiva viscerum membranas vel vasorum tunicas transilire ratus sum. Postquam verò sanguis serum suum salinum per tunicas aut membranas pectoris proturbatum roris instar percolaverit, stimulando motum pulmonis contractivum tussim progenuit; à qua concussione & coarctatione subitanea frequenter invadente & perseverante partes tenellulæ, per quas pars sanguinis subtilissima salis asportatrix salsedinem deposuerat, magis infirmatæ citiùs corruunt. Ut ut salsa particula visceri illata non illicò quasi acus aut terebellum partem compungit & perfodit, sed quum ei diù insederit, demolitur secumque rapit: cujus vis potius dissolutoria, quàm incidens & compunctoria æstimanda est: parti quippe sese nimis profunde insinuans quodammodo per minima commiscet ac conjungitur, & sic substantiam ejus in quandam conditionem inter mistionem & confusionem mediam perducit;

in

in qua neutralitate quum aliquandiu remanserit, candens dissolvitur, & inducta friabilitate destruitur; tali modo præcipitata & substantiæ partis adunita liquoris salini, per halitum forsan extravasati, acrimonia erosionis & dissolutionis periculum minatur. Imò si sola aciditate, vel tantillo sale perfusa, scaturierit sanguis, licèt in partes singulas exteriores separata diffundatur, ægrotus exinde patitur & periclitatur.

Historia & Experientia demonstrativa.

Non paucos observavimus, quorum vasculorum pectoralium ora à sanguine turgescente (in quo forsan salis momentum delituerat) reserata fuere, quos unica aut altera venæsectio persanavit. Neminem quidem cui pulmo erosus fuerit, sine sanguinis totius edulcoratione & reductione curatum memini.

E fluxione acriori spinæ accumbente dorsi vertebras luxatas, ossaque alia ex acetabulis detrusa & extorta vidimus; si verò fluxio qualitate naturæ prorsus aliena sit delibuta, ut in lue venerea, ossa præsertim tibiæ ad veprium similitudinem aliqualiter inflexa protuberant, friabilia, spongiosa, minusque tensa undique reddita. Idem in Elephantiasi

tiasi videre est. Ossa enim aliquando soluta & instar ceræ flexilia incurvata & convoluta (si fides practicis quibusdam adhibenda) conspiciuntur.

Multos marcore ferè confectos vidi, quorum sanguinis universi systema sale scaturiit, quique fluxione periodica mitiori sputum muriæ conditum per biennium aut triennium effudêre, per extremos arteriæ pulmonicæ venosæ dictæ surculos, quibus tamen pulmonis erosio non accessit. Et inter eos Lond: Mercatorem in sceleton propemodum mutatum, cui liquor salinus tandem à pulmone refluus tam efferus, ut Chirones volis manuum turpissimos ulceraque exedentia pedibus & talis inusserat, salvâ adhuc nativâ pulmonum integritate.

Non semel pulmonis parenchyma æquali attritione ita dissolutum conspexi, ut in putrilaginem, limi quandam speciem præ se ferentem, redactum videbatur.

Quos phthisicorum acris & inæqualis perdiderat deprædatio, horum pulmones præsertim lobos frustulatim laceratos & quasi sorice demorsos aperto cadavere deprehendi. Acor in sanguine redundans (quod Melancholicis maximè solenne) non tantum totius intenerationem, unde facilè ab externis injuria, sed carnis omnis musculosæ innutricationem efficit. Et in Rheumatismo,

...tissimo, neperis annis apud Anglos frequentissimo, seu Rheumatica affectione à Galeno nuncupata (quæ causam congenerem & partes affectas arthriditi vicinas sortita est) dolores atrociores parit, & luculentissimè depopulatur.

Lib. de Differ. Febr. cap. 7.

XXIII.

Exercitatio Dianoetica,

De Sputo subdulci.

Sputorum omnium materia pro continentis, ex quo scaturiit, varietate specificatur, larvisque diversis induta emergit: nec solum sanguinis serum, ejus magis fusile ejectamentum, cùm redundaverit, aut divortium fecerit, in pulmonum capacites translatum profluit; sed rorida aliquoties substantia, adhæsioni & nutricationi partium designata, in os effertur. Sanguis tamen prius aquoso suo sero contemperante defraudatur, unde incalescit, cujus caloris excessus glutinosam ejus substantiam eliquando in pulmones, aquarum inundantium irrigatione laxatos & nimis inteneratos, deponit: illisque duntaxat accidisse credidi, quibus spes salu-

tis in angusto sita fuerat; Natura enim avidè hunc succum amplectitur, donec perfectè solutâ ejus compage vis allectrix & assimilatrix prorsus deperierint.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Cum apud Bristollienses Medicinam fecerim, quâ Urbe pensili tabes frequenter grassatur, nonnullos sputum subdulce levi conatu expectorantes spatio trimestri fatiscentes & totaliter enervatos vidi; horum verò quosdam, non omnes, tussis vehementior aliquoties corripuerat, ex profuso tamen vitali nectare defloreſcentes & arescentes strigosi periere. In quorum unico, detectionis causa dissecto cadavere, licèt sanguinem aliquoties, peracto salino ptyalismo, extussierat, & pulmo ubique inteneratus tonum amiserat; universa spirabilia nec non viscera omnia naturalia quoad sensum sana competta sunt. Nec à quovis inter mirabilia dignum est ut censeatur, qui ineptitudinem sanguinis nimis attenuati ad nutricationem animadvertit, aut sanguinem totius nimis à calore impenso liquatum & subtilizatum per levium arteriarum oscula æquè ac per narium exiliora vascula in earum hæmorrhagia ad λειποψυχίαν exinanitum

ritum conspexerit. Deficiente quippe fero condiente & contemperante, glutinosiore-que ac magis roscido succo moderatè calido dulcedinem ac unionem conciliante, ut tota naturæ œconomia corruat necesse est.

Sputum hoc subdulce in omnibus quos vidisse memini, ptyalismo diuturniori, & ut plurimum salino, præcedenti fuit consectarium.

Idem sputum igni admotum, sicut succus omnis nutritius, in gelatinæ albicantis consistentiam percoquitur.

XXIV.

Exercitatio Dianoetica,

De Sputo cœnoso & cinereo seu purulento.

INter omnia ejectamenta sputum minus spirituosum, magisque fœculentum, est cinereum & cœnosum, argillæ cujusdam liquidioris speciem præ se ferens, verum pthisicorum pus minime tenax, caloris deficientis, seu cadaverationis ineuntis indicium & symptoma: cætera omnia aliquatenus per calorem subiguntur, figurantur, & alterationes subeunt; hoc solummodo in

ſuo quaſi ſtagno copioſo ſtabulans, niſi mole ſua preſſerit, vix expectoratur; Extremæ ſanè ſordities & naturalis diſſolutionis certiſſimum productum.

Hiſtoriæ & Experientiæ demonſtrativæ.

Si cupulas glandium binas æqualis ponderis & capacitatis impleveris, unicam (*viz.*) ſputo cænoſo, alteram mucaginoſo, aut qualibet ejus ſpecie; eam lancis partem cui ſputum cænoſum appenſum fuerit ſubſidere cernes; cæteris enim omnibus præponderat.

Deploratæ ſortis invalidis, quos ultima Symptomatum ſyndrome ad ſepulturam fere perduxit, tantum advenit argilloſum hoc ejectamentum; quorum etiam cadaverum pulmones inter diſſecandum in amurcam ſordeſcentem mutati conſpiciuntur.

XXV. Ex-

XXV.

Exercitatio Diaoretica:

De Hæmoptoſi curanda.

FRequentior ſanè vicibuſque partitis meritò laudanda eſt phlebotomia, quæ revera incaleſcentiæ ſimul & plenitudini fœliciter obviam ire valuerimus, non prætermiſſo revulſionis adjumento; nec adhuc inter vegetiores ſeu ſanabiles reperitur quod hujus medelæ legitimæ celebrationi contraindicabit: Etſi ex ſola plethora ortum duxerint ſputa cruenta, ſine alterius adminiculo ſcopis ſatisfacit. At cùm penitius ſeſe ſanguini inſinuaverit morbi focus & minera, tota curationis ſerie (hypnoticorum rariore uſu conquieſcens) Emplaſticorum & glutinantium vaſa difficulter pervadentium energias, experiri nuperis noſtræ praxis annis non auſus fui; diminuta quippe, ſi quæ adſit, plenitudine, tota tutelæ & reſtitutionis baſis in ſanguinis reductione ſita eſt, ad moderatam ſcilicet temperaturam, conſiſtentiam proportionatam, maturitatem debitam, qualificationeſque ſingulas craſi conſentaneas, citra quas ſi remoratur, præter quas ſi

vacillet, ultra quas si provecta fuerit natura, criminis rea; ad quod corrigendum, ut in omni, sic in morbis pectoris sedulitas Medici inprimis solicitanda: Ea tamen provisione, ut talia eligantur ad sanguinis διόδιαν perenandam, quæ symptomati, si non vi peculiari, saltem consequutivè adversantur. Nec placuerit externa infrigidantium & repellentium pectori adhibitio, nequidem extremarum ligatura, quibus sanguis refluus partes infirmas pressus oneraverit. Horsum itaque dum clavum teneant sanitatis naucleri, scopuli undequaque vitandi.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Ex jugi Emplasticorum glutinantium & incrassantium usu, licèt ad tempus coerceatur sanguinis rejectatio, periculum copiosioris recursionis partem magis prementis nequicquam exinde vitari sentiet: specificis verò facilè sanguinis rivulos perluentibus rem commodè peregisse sæpius in memet ipso & quamplurimis expertus sum.

Sanguinem citra præterque debitas qualificationes defeciisse in omni morbo ex crudo acido & aquoso seminio prognato, & quoad morbos pectoris ex aquarum suffusa-

rum

tum & denſabilium congeſtione manifeſtum, ultra debitam verò maturitatem deportari, nidoroſa, ſubflava, torrefacta, in bronchia trajecta teſtantur. Quod peculiaris etiam & contraria utriuſque edocuit medicatio.

Frigido lavacro immergatur hæmoptoïcus, aut narium hæmorrhagiâ correptus, & exinde malum incrementum ſumpſiſſe deprehendes. A calore verò ſuperficie tenus, vel extremorum intenſo, remedium.

Partes extremæ ſanguinem extruſientium, ut & narium hæmorrhagiâ detentorum, non rarò incaſſum ligatæ fuere: Ejus tamen motum fricando, blandoque adhibito calore in exterioribus ſuſcitaſſe proficuum ferè ſemper invenimus.

XXVI.

Exercitatio Dianoetica,

de γαλακτοποσίαις.

LAc assuetis, optime constitutis, avidéque petentibus exhibere, vice carnium dum sanguis turgidior & calidior scaturierit, substituisse accommodatum arbitror; & quibus acor aut bilis inter fluida exuberavere, modò vasculorum confiniis adhuc concluſa retinentur, eminùs scil. patescente primâ symptomatum Pthisi dicatorum φάσι. Ejus tamen usum verè pthisicis prorsus interdixisse propter causas insequentes necesse duxi. Qui etenim per acrioris succi extravasati deprædationem emarcuere, caseosam ejus partem in spissamentum cogunt, unde vascula pertinaciter obturantur; Qui à succis putrentibus incaluere, butyrosam in bilem tabumque demutant, citiusque si mellita aut saccharata admiscueris; Quibus dein aquosa stagnatio spiritalia suffercit, iis pectus magis infrigidatur, unde ἀναπνοαὶ vel remoratur vel reprimitur; pleriſque denique capitis dolorem intulit. Sero itaque lactis, aquis & potulentis medicatis, pro re nata alteratis,

ceritis, quibus omni symptomati indicanti satisfeciſſe valeamus, vicem ejus ſupplere nutriſſimum adjudicavi.

Hiſtoria & Experientia demonſtrativa.

E ſucco mordaciori deprædante & viſcoſiori vaſcula infarciente, adeò contabuit corpus nobiliſſimi ægrotantis quadragenarii, ut habem exquiſitiſſimam configurabant. Ex denegata namq; debita nutritiorum ἀναθρέψεως ſuperficies & extrema non ſolum emarcuere, ſed increvit febris latica vaga & incerta, obturationum ſoboles, quæ hecticam ita mentiebatur, ut ipſam adeſſe Medici alioqui peritiſſimi pronuntiabant. Cui ut occurrerent, γαλακτοποσίαν imperant, proſiliunt symptomata graviora, quibus magis ingemiſcens nobiliſſimus expiravit, diſſecati cadaveris ventriculus & duodenum lactis coagulo infarciebantur.

Epati infantis bimuli fervidioris craſis innaſcitur ulcus ex acriorum ἀναζεώσεως oriundum, quod ichorem in ventriculum regurgitabat, quem ventriculus quamprimum excipiebat, evomuit. Infans verò qui lac maternum & vaccinum ante erodentis liquoris acceſſum optimè concoxerat, poſtmodum ejuſdem coagulum ad magnitudinem piſorum

rum conglobatum, & ad duritiem ferè tophorum percoctum per secessum depositi. Butyrosam ejus substantiam pure commixtam per superiora repurgatam conspexi.

Acida & salina, lactis partes separare & in coagulum præcipitare norunt sciolæ quidem lactariæ, idque capitis dolorem non rarò intulisse galactophagorum nemo ignoravit.

XXVII.

Exercitatio Dianoetica,

De usu Perdulcium.

Inveteravit sane consuetudo tussim sedandi per medicamina & alimenta impensè dulcia, quibus pro basi sunt mel & saccharum. Nec istiusmodi remediorum usum omnino improbandus, si alia defuerint & tussis acriter pressserit; eâ tamen cautelâ, ut inter ramorum defalcationem radix non succrescat. Tussis enim pectori infensissima suffusionis alicujus è sanguine adulterato semper soboles; quæcunque verò ejus ζύμωσιν incitant, bilescunt aut putredini apte nata dicuntur, eaque de causa plus damni quàm emolumenti importantia, ut mellita & saccharata

—

[illegible]arata pœna omnis, in censu saluberrimo-[illegible]um neutiquam reputanda; Multo minus [illegible]ugi remediorum serie, permiscenda. A [illegible]anguine quippe spiritúve acriori tabidis [illegible]onnato concitatiorem fermentationem sub-[illegible]unt, à calore intensiori torrent, ab im-[illegible]elli non gubernantur, unde per spiritum [illegible]orum turgidum ingenitum non raro spon-[illegible]e degenerata corrumpuntur.

Historiæ & Experientiæ demon-strativæ.

Alimenti & Medicamentorum perdulci-[illegible]m diutiùs in ventriculo hærentium (ut in [illegible]abescentibus ferè omnibus) damna facilè [illegible]ercipiet, qui ab eorum usu ructus nidoro-[illegible]os, saporem amarum, æruginosum, dege-[illegible]erationis eorum nequissimæ fructus inse-[illegible]arabiles experietur.

Mellita & saccharata omnia doliis & la-[illegible]ænis, parcâ licèt manu, imposita musti fer-[illegible]entationem promovere quis iverit inficias? [illegible] verò carnes saccharo consperseris, & lo-[illegible]o mediocriter calenti imposueris, eas ma-[illegible]olentiam deterrimam brevi subinde con-[illegible]axisse deprehendes.

Horum perdulcium usu non pauci morbi [illegible]oleræ cum sævissimis cruciatibus stipati [illegible]œnas luunt.

Per-

Perdulcia omnia jejuno & sanissimo porrecta, etiamsi maturè, non tamen sine pessimo nidore per secessum rejiciuntur.

Hisce luem afflant liguriones, qui frequentius morbis putridis & pthisi citiùs ac contumaciùs corripiuntur.

XXVIII.

Exercitatio Dianoetica,

De Halituum & Suffituum administratione.

INter præsidia, evaporationes & suffitus tanquam nobiliora, & quibus unicè in extremis angustiis confidamus, pensitanda: Quæ sine circumstantiarum debita comparatione summota obsunt vel incassum adhibentur. Non tamen inficior, si crasin partis spectes, nulla impedit hujus generis indicato; pulmones etenim aridiores & tensiores horum madore intenerantur, humentes nimisque laxati illorum siccitate indurantur, putredine & viscositate obliniti levantur, amborum denique consortio ulcera sordescentia deterguntur, nec non novæ affluxuræ materiæ, & in partes insurgentis, vis molesque reprimuntur, simili semper

in

in assumptis asservato scopo. Si verò intemperiem totius contempleris, nec ipsa febris huic medelæ contraindicasse videatur; sudatus quippe tenuissimæ essentiæ caliditatem ultra spiritalia haud exercent, ut ut propter varias liquoris suffarcientis disposituras, propter superfusi genium, proportionem & motum, propter partis susçipientis habilitatem, & totius tolerantiam, varia hujus generis remedia conficere, & in usum proferre (quorum unicum, quod quemlibet suffitum ingreditur, & cujque basis est, ad tempus reticui) necessariò coactus fuerim.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Lobum pulmonis sinistrum cujusdam Mercatoris Londinensis erodebat ulcus, è colli inveterata & fluxione salina Iæmoptoën inducente oriundum, quod levis arteriæ divaricationem lobo insertam una pereserat: cui symptomata omnia, quibus phthisis consociata est, ingruebant, in pejus indies cuitura: halitum denique & suffitum methodica intermiscela sanus evasit. Qua integritate permansit per sex annos, quo temporis curriculo, meque annuente, Hispaniæ ubi commercium fecerat, vitam degebat incolumem; sub initium tamen autumni oras

nostras

noſtras petenti, ab impedita pororum uſuali διαπνοὴ, fluxus concitatior totum lobum, ut lateri adhæſerat, replevit: cujus exæſtuationis ſanies pulmonem ita perfudit, ut ſpiritus tranſitum brevi denegavit. Diſſecto cadavere, trachææ pars eroſa, cui cicatrix inducta fuerat varicoſa; lobo verò pars adnata calloſa conſpiciebatur, reliquum pulmonis parenchyma computruit.

Internam arteriæ vocalis membranam per ſalinos affluxus deraſam, ruſſique non raro ejectam animadverti, halituum tamen & ſuffituum uſu regeneratam, ex quo convaleſcentes aliqui ſuperſunt: binoſque nuperrimè à phthiſi diuturnioris corruptela pulmones fruſtulatim rejectantes hiſce, aliis non prætermiſſis, redintegravi. Quorum unus ex febre hectica per triennium emarcuit, cui derelicta tuſſis & duritiei quædam in media parte dextri lobi (quantum è narratis conjicere valuerim) avellanæ magnitudinem æquans; novâ veruntamen carne jam veſtitus & priſtino robore vigens: alter jam ſuperſtes obeſus, cui tuſsis horis diei diacriticis non admodum moleſta, ſed in cæteris omnibus inculpatus.

29. Ex-

XXIX.

Exercitatio Dianoetica.

De Fonticulis.

INter omnia præsidia fonticulos insuper prodesse comprobavimus, per quas datas portas vi quadam diacritica, quæ naturæ modum non tenuere, separantur & separata secluduntur; sicut vi syncritica τὰ κρίνοντα retinentur & assimilantur: quasque vires nec Genius Naturæ Hippocrates, nec ipsi quidem dissentientes, vel crescentibus, multo magis Animalibus denegaverint. Ea tamen cautum sit lege. 1° Ut in partibus perviis excitentur, quibus tepor maximus & mador sponte fluxerit (*viz.*) sub axillis, in intercapedine musculorum, in flexuris inguinis & poplitis, in carpis supra locum ubi musculi replent interstitium ulnæ & ossium carpi, nec non inter scapulas. 2° Ut fiant orificia

Τὰ φυόμενα καὶ αὐξόμενα ὁκόταν εἰς ἀέρα ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτῷ ἐνεὸν ἐκ τῆς γῆς.

i. e. *Quæ crescunt & seruntur, quando in terram veniunt, attrahit unumquodque quod secundum naturam sibi familiare in terra inest.* Hipp. lib. de Nat. Hom. sect. 31.

orificia perlata & profunda, ita ut nucleum dactilorum in suis contineant alveolis, & si copiosior evacuatio desideretur, adimpleantur hiatus radice gentianæ, ligno hederæ arboris detornato, pari proportione hermodactilorum & ceræ, vel tribus ceræ partibus unaque piperis albi, aut turundis galangæ adaptatis, alioquin sola cera, medulla sambucina; aut pisis aliquot foramen obturare sufficit, unde non raro

Excoquitur vitium, atq; exudat inutilis humor.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

In fonticulorum animadversione quicquid Διανοητικῶς sibimet scioli argutatores ædificaverint, diruit & refellit experientia: cruorem quippe salsuginosum per hos secretum fuisse dolor ejus in transitu lancinantis, allatumque exinde ægrotantibus emolumentum indicabunt: fluxionum porrò mitiorum latices fonticulis ex communi Medicorum præcepto neutiquam obtemperantes aut quadantenus solummodo demulctos, per exituram perlatam juxta vasa majora & in flexuris ex artis lege præstitutam, prorsus evacuatos fuisse cognovimus. Quod magis elucet in iis qui pestilentiæ labe contaminati

[illegible] qui suctos sibi putridos ere-
[illegible] de causa accumulaverint, pædoris
[illegible] & virulentiæ partes non contemnen-
das per hujus dimensionis fonticulos expur-
gavere; imo in rarioris contexturæ indivi-
duis alii intus assumpti odorem, & aceti aut
succi limoniorum & aurantiorum acorem
tertiâ aut quartâ à comestionis horâ exha-
lando pervadere, & eorum labra incidendo
vellicare comperimus.

XXX.

Exercitatio Dianoetica,

De Sudoribus.

Sudores opportunè imperatos & pro
[illegible] prolectos scopo nostro non modice
inservire observavimus; in quibus ut & in
sustituum Methodica intermuscela non mini-
ma innititur curationis columna: Hisce
etenim impendenti periculo præcavemus,
illis novi fomitis scaturiginem depellimus,
his parti erosæ occurritur, illis novo insul-
tui ex toto assuturo prævenitur: horum
ope pars suscipiens & lassata roboratur, il-
lorum verò adjumento blandè rigatur; su-
dores denique viscosa & congelata attenu-

ando deobstruunt, acriora & acida perfundendo diluunt, cruda coquendo maturant, unde sanguis, quo succus omnis nutritius importatur, partes exteriores pristino madore familiariter ac tempestive irrorando nutrit ac reficit.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

Equitis aurati Hybernici filio primogenito ætatis 25. (decem aut circiter abhinc retro annis, quum primò Martius furor ferrei hujus seculi istius insulæ infœlicioris incolas disjecerat) compilato & ad cutem usque denudato, sanguis intrò refluus, impeditâ prorsus per infrigidationem exiliorum circulatione, tam sævis accessionibus ita pulmones invasit & perfudit, ut quicquid nutrimenti per trimestre spatium porrectum fuerat, in viscosam mucilaginem brevi alteratum vel extussiit aut evomuit, & inter manus opem ferentium ferè extinguebatur. Perpeniâ mali aucti & contumacissimi cautâ procatarcticâ, non posthabitis quæ tussim demulcendo præcellunt, sudores crebrò reiterandos cum extremarum frictione, & totius superficiei calentiori irrigatione præcepimus. Hoc lenocinio corpus in cutem & ossa fere redactum auximus & refocillavimus

tus, spiritumque extremis anteà labris obtrectantem in pristinum hospitium, & membra penè deserta revocavimus.

Hæmoptoicos peracto per dies aliquot extravasationis negotio, repetitis in stupha sicca sudoribus, non posthabitis specificis, ultra recidivæ metum perfectè sanatos collocavimus.

Prolixioris operis esset historias medendi deploratæ ferè sortis tabidos consignare, quorum curationes consummarunt sudores artificiose præstati. In posterum ut frequentius imperentur optarim, & ut sensuum placitis auscultare dignetur Medicorum hæsitantium turba.

Quid nobis certius ipsis
Sensibus esse potest, quæ vera ac falsa notemus.

AUCTARIUM.

SAnguinem liquoresque alienatos συνεσθίειν, i. e. unà iter facere sat (ni toto cœlo aberraverim) probavi; quorum circuitum universalem in quamplurimis exercitationibus innuisse, & experimentis luculenter in vivis demonstrasse fategi. Quod pensum satius elegisse duxi, quia ex conjectura vivorum dissectorum, vasculis pro more ligatis, artificiosè licèt de sumpta asse-

qui & absolvisse ἀδύνατον autumarim. Ex vivis itaque vivida emersêre totalis circulationis impedimenta. Nec vana fides sensus & rationis fulcris innixa, è qua concessâ ac stabilitâ doctrinâ neutiquam deflectere religio erit, donec novos concitatioris fluxionis canales præter ductus sanguineos, ancipites & contumaciter dimicantes explicarint; Haud quicquam tamen humanæ fabricæ compage sanguini fluidisque ejus emissariis invium cognoverim. Non actutum ideò laceranda venit methodus medicinalis, nec ruinam (ut clamitant) subitura, ut denuò instauretur. Utinam de depuranda, corrigenda, & alterandâ, ut scopis singulatim accuratius & efficaciter in reliquis morbis adaptetur meditarentur; in quo peragendo (liberè meditantium & dicentium veniâ prius impetratâ, non obstante tetricorum & morosorum licèt canescentium pervicaciâ) quoad instituti rationem experientiâ fretus & edoctus dehinc θετικῶς fusius & audacius aliquot in medium proferre & assertari spospondi.

Nihil ineptius quam quale quidq; vivo extiterit, tale existimare esse posse in moriente, imò mortuo. Celsus. p. 166.

Per varios usus artem experientia fecit, exemplo monstrante viam.

Tabi-

TABIDORUM

THEATRUM.

BIBLIORUM

PRAEFATIO.

VEntriculi partiumq; vicinarum madore fermentante concoquitur & mutatur cibus, cibóq; vice versâ fermentum mibuitur & alteratur, ita ut ex jugi nutrimenti & medicamentorum accommodatione modificentur fluiditates, ad quarum normam partes solidiores constituuntur, hæc perpetim alluunt & alunt, illa harum impressiones susci-piendo ὑπαρσιν & συγκρασιν mutunt & mutuant eóq; tandem res re-

dit, ut qui corporis partes fluitantes dispensare, & adaptare cognoverit, hominem non solùm ne in deterius labatur restituisse credatur, sed senilem ipsam ætatem summovere, inconcussam valetudinem tueri, imò creationis opus insimulari videatur.

Jam verò hostem hunc humani generis tabificum è longinquo petentem, tacitóq; satellite armisq; satis instructum intrò perreptentem propalare, expoliari & dibellare deliberatum est, non unico remedio (impostorum lurido commento) nec subitaneâ vi, certâ tamen, si maturâ, materieque medicinali ope nutriciorum adjutâ; ambo enim methodicâ serie dispositâ, morbiq; circũstantiis

debitè

debitè quadrata mutuas sibi præstant operas, quibus liquiditates præter naturæ scopos impetuosè vagantes & turgescentes ne canalium confinia exterminent, compescuntur; salium concursus qui deprædantur ipsa viscera, avertuntur & corriguntur; putredinis alienationes calorq; ejusdem consectarius succos depilans inhibentur, & contemperantur; vapores à calore improportionato ventriculi aut sanquinis exhalationes flatus dicti ab immaturitate aut utriusq; effervescentiâ orti supprimuntur & subtus secluduntur, stagnationes ab indebitâ cujusvis consistentiâ (excandescentiæ parentes) præsidii ἀναδόσεως seu circulationē in toto impedientes præveniuntur,

tur hęc de his satis, unicũ restat Patronus scil: qui in Tutelam me suscipiat, quem deriserim implorare, non tamen defuit multiplex, appello λόγον & πεῖραν, veritatem, ipsamq; naturam, medicorum numina in perpetuum colenda: hęc qui dilexerint avidis forsan ulnis postquam gustaverint, excipient otii nostri libamina, observationesque in gratiam juniorum medicorum in lucem editas, quas sensus verus medicanæ oculus demonstraverit; non enim ante obitum ęgrotantium κοχάσμω tota versatur medicina; veritati itaq; & naturę decretis adsensus examen perductis, & ad vivum demonstratis fidem adhibere suaserit---

C. Bennet.

Tabidorum Theatrum.

Aegaq. Tabes est corporis totius, seu partium ejus quæliber extenuatio, à fluidorum alienatione, penuriâ, inæqualitate, aut calore improportionato profecta.

Materia nutricationi dicata degenerat debilioribus præsertim, cùm menstruo seu fermento naturali ventriculi aquilino non diluitur, vel uti par est non subigitur: nam his ex natura legibus eractis vita nostra sanioris columna præcipua innixa est.

Peccat alimenti materia, consistentiâ, dosi & qualitate.

Consistentiæ nimis crassæ seu compactioris difficilis est vel nulla perfusio, imper-

imperfectior ſeparatio, longior immo
ratio, ſegnior diſtributio.

Doſis parcior, ſucci penuriam & de
inde natam corporis debilitatem; la
gior vaſorum infarctionem infert.

In qualitate, ſi frigus exceſſerit, ci
bus per ventriculi & vicinarum partiu
calorem non ritè domatur, unde cru
ditas; ſi ciborum caliditas ventricu
naturalem teporem ſuperauerit, calor
proprio (i.e.) naturæ alieno efferveſci
chylus: Ex utriſq; flatulentia. Fre
quentior deniq; ingluvies ſuccorum tur
giditatem augendo incommodat.

Quod ad ſaporem attinet, de immo
derate ſalſis acidiſq; idem cenſendum,
nec non de cibo eminenter dulci, facil
putredinem concipiente.

Subjciunt illi prunas, & viſcera torrent.

Ordo demum ingerendi immethodi
ca ciborum degenerationi non parum
conducit; ipſa enim εὐπεπία & εὐχυμία
ſi

ultima mensa (quod nobis in usu est) assumantur, vice coctionis naturalis diutius retenta torrescunt, & ciborum substratorum inquinamenta comperiuntur.

Ad naturam deniq; & modum ingestorum conficitur sanguis qui succo nutritio undequaq; perluitur, cujus dispensandi gratia cor corporis particulam operosiorem ideóq; compactiorem fabricavit Natura; quod motu suo reciproco & circulatorio toti corpori subservit duplici emolumento, nempe Protrusionis & depurationis: ex hâc orta est cujuslibet partis insuccatio sive nutritio, unde vita conservatur; ex illâ vitæ status modificatur, unde sanitas vel morbus. Sanguis enim defecatior importat spiritum vitalem (id est præcipuum vitæ ministrum) ad actiones ritè peragendas paratissimum, impurior vice versa torpidum & ad actiones inhabilem: veruntamen qualecunq; sit quod in ejus sinus elutriatum fuerat, in habitum coporis tandémq; in venas per arterias amandatur.

Ex

Ex hac latice scaturiunt succorum n
tritiorum, & sanguinis mutationes, c
bem cujuscunq; generis parturientes
vice enim succi roscidi, aqualis, natur
familiares, quo viscera partésq; rigari fo
veriq; debent, substituuntur & dispensan
tur succi tenues inequales, turgidi, po
trescentes, sale, amarore, vel acore re
ferti.

Succorum alienatorum defectiones.

Corporis succi calore immoderato
attenuati & subtiliores quam par est
redditi ad nutriendum inepti sunt.
1° quia balsamicâ indigent consisten
tia. 2° quia concitatiori circulantur motu
ita ut moram nutritioni debitam in par
tibus non fecerint, exinde deficientiæ
necessitatem importantes. 3° quia hu
midum depascendo propriâ conterunt
industriâ.

Succi æquales partium particulari
um ἀτροφίαν & extenuationem pariunt,
crassiores

[illegible] enim vasa obturando *Mala Nota* impediunt, unde effervescunt: tenuiores, & ideóq; mobiliores coerciti tumultuantur, quibus ex causis partes inæquales suscipiunt alimoniam.

Succi turgidi flatulentíq; antequam vasa minora ingrediantur câpiti molestum exspirant halitum, qui cerebri frigiditate condensatus, & in aquositates solutus, si per bronchia in pulmonem lapsus fuerit pectus onerat.

Succorum alienatorum devastationes.

Succi salsuginosi, turgidi & acriores, massa sanguinea perfusi, non solum temperiem ejus immutando nocivi sunt, sed extra vasa depopulantur quoties eorum turgiditate vaporosa & plenitudine tenduntur arteriæ venæq; quæ eorúm in super acrimoniâ irritantur hæc vasa tandem tumefactâ & referta inaniri, proritata sese expedite moliuntur, idque per sanguinis seclusionem; quî sanguis si

vasa

vasa pectoris perrepserit, [illegible] frequentè tabis (quæ Phthisis dicta) præmonitorem, vel ἐχυμῶσιν procreat. Venas nempe & arterias per totam corporis cavitatem internam membranulis vestiit & munivit natura, quibus circulationi internos terminos, sicut per cutis parietes externos posuit. Hisce membranulis si accubuerit sanguis è vasculis pectoralibus secretus Echymomatis interni nomine meritò indigitatur; Pleuritis verò denominatur, cùm sanguis è vasis intercostalibus seclusus membranulam costas succingentem impleverit. Empyema insuper est sanguinis ejusdem effervescentis & per restagnationem diutinam putredinem contrahentis in ichorem mutatio nec alicui mira videatur ejusmodi permutatio sanguinis in ichorem, qui sanguinem purissimum è vulnere aut fonticulo fluentem in pus fœtidissimum mutatum viderit.

Si verò capitis vasa, carotides scilsive cervicales sanguinis partem serosiorem exsudaverint, vel quovis modo secluserint,

[illegible], evenit Fluxio: quæ si sensim facta, catarrhi continui; si ἀθρόως seu confertim, fluxus sive Catarrhi Periodici nomine discriminatur. In utróq; delitescit antecedens Tabis causa, præcipue cùm cerebrum madoris inundantis partem in partes spiritales deposuerit, quam, si pulmo ob lubricam temperiem, debilitatem, vel materiæ consistentiam improportionatam, non matu è retruserit, fit aliquoties ἀνάβρωσις ulcusculi initium. Ipsius deniq; cruoris pars salina, imò insipida pituitæ nomine communi celebrata, è vasculis secreta immoratione in parte factâ, non solum partis in qua hospitatur tenorem & compagem dissolvit, sed putredinem exinde acquirendo erosionis redditur accommodatum instrumentum.

Hisce associantur conspirantia externa, seu extraneorum injuriæ, vitæ scil. in locis imbribus nimis frequenter rigatis, aut insulis angustioribus transactio, nimia solis vicinitas, halitus terræ & aquæ insalubres, planetarum influxus & ventorum afflatus inclementiores, tem-

pestarum alterationes subitaneæ, inopportuna plagarum mutatio, labor improbus, exercitia intermissa aut vehementiora, corporis quoad primas qualitates frequentior mutatio, animi mæror, unde spiritus dejicitur & vis tabifica altius imprimitur,

Unda lactisq; nocent, & causa valentior istis,
Anxietas animi.

Qua omnia fluidarum partium corporis πέξιν sive fusionem efficiendo, vel ζυμώσιν internam suscitando, nocumentum afferunt.

Causæ recitatæ constituunt Tabem, ejusq; species, à succo nutritio, vel per ulceris aut abscessus nobilioris alicujus partis, propriè Pulmonis, corruptelam depravato, vel per dilutionem salsuginosorum partem depopulante, aut acidorum per totum corpus in opere suo frustrato, vel per nimiam incalescentiam dissipato; unde tres emergunt Tabis differentiæ, Pthisis, Atrophia, & Hectia.

Pthisis est tabes à succorum putredine suborta, erosionis, echymomatis, abscessus, aut cujuslibet in pulmone aut pectore sordescentis soboles: unde per venas pulmonicas, vel aliorum pectoris vasculorum divaricationes nidorosa materia cordi communicatur, quâ à corde per ejus motum pulsumq; detrusâ primo arteriæ omnes, dein corporis habitus, tandem venosum genus rapidi roris vel ichoris perfusione replentur.

Nec desunt qui hujus cladis ab ortu κράσει important, suntq; quorum parentes valetudinarii aut tabidi periere, quibus genitura frigidior minusq; matura, vel acrimonia forsan calentiore perfusa; hisq; scapulæ acuminatæ, πτερογώδεις, idcircò nuncupati, quorum præcordia contracta, pectus angustum & depressum, cervix gracilior & oblonga, ossium pectoralium tenor flaccidissimus, caroq; totius corporis musculosa tenerrima.

Observationes διάγνωσιν spectantes.

MOrbum hunc eminus aggressurum dignoscimus, si sanguis sive cruor Salsuginosus versus pectoralia tardiori vel citatiori conferatur motu.

Mitiores affluxus sui indicium exhibent, 1° Per sputationes sanguineas salinasq; stans aliquot periodis, horis scil. matutinis aut pomeridianis, nempe 4ª, 5ª aut sexta prodeuntes, citius aut tardius, prout majus minusve torum diluendo fecerint irritamentum, vel per corporis agitationem commoveantur, quæ extra vasa spiscitudinem nactæ non erumpunt horis destinatis quia dominium in corpore tum temporis exercent (ut ex communi Medicorum sententia supputatur) sed quia tunc per cuticulam aliquantisper transpirant reliquâ sui parte crassiore tanquam inutiles & superfluæ, nec non è massa sanguineâ secretæ vasa majora corrivantur.

2° Per

2° Per ſputationes & excreationes frequentiores.

3° Per interceptas ſudoris aliarumq; excretionum vias.

4° Per ſputum ſubſtantiæ & ſuperficiei lævioris & inæqualis.

5° Per ſputum globuloſum inſtar gradinis convolutum, quod tuſſi aut ſcreatu ſubeuntes horis primò præſignatis haud raro extunditur.

6° Totius certitudo confirmatur, ſi aliqua de cauſa per receſſum in articulos, aut in corporis circumferentiam veniat diffuſio fluxus ſaliginoſi, & exinde pectus ad tempus robur acquiſiverit.

Vehementiores & copioſiores affluxus ſignificantur,

1° Per uberiores ſanguinis luteo colore ſpumantis expuitiones cum ſcreatu & tuſſi minus dolenti, ſi è pulmone; ſubnigri verò aut rubentis per tuſſim dolorificam expreſſi, ſi à thoracis capacitate; exultim & per intervalla in os regurgitans & replentis, ſi ab arteriis

majoribus, sensim, cum sensu tamen titillationis, si ab earum fibris prodierit.

2° Per dolorem pectoris gravativum & periodicè pungentem.

3° Per anhelitus periodicam difficultatem.

4° Per manifestum aliarum partium corporis levamen.

Pthisis impetentis per crassi & frigidi liquoris, Pituitæ dicta, in pectore suffusivam congestionem à capite (quod aliquando sit) eo delatæ, signum detegitur, quum in trachæam viam sibi paraverit materia, qualitercunq; à soporalium terminationibus separata, & à cerebro frigidiore imprægnata, symptoma sane certissimum (pari tamen materiei per decubitum aggestione in thoracem per vascula communia suffusi semper associatum) cujus est ἀποφράξεως erectio sive laryngis apertura, cum successiva ejusdem clausurâ seu constrictiâ, sonum edens horologii ocularis per momenta tempus mensurantis, cui

cui indies ingrua symptomatum insequentium Syndrome.

1° Spirituum omnium torpor.

2° Capitis gravedo cum tensione periodica in plenilunio ingravescens.

3° Somni longiores, & demersionis insomnia.

4° Totius temperatura frigidior.

5° Pori parexigui & pressiores.

6° Pulmonis & musculorum omnium pectoralium flaccidiras, & ad expulsionem segnities, quæ per irritum exercitationis conatum multoties iteratum cognoscitur.

7° Sputum compactius, quod facilius exit, statim à potu lautioris cibi & cibis calidioribus regio pectoris incalluerit.

8° Pectoris dolor gravans & ponderosior.

9° Tussis aliquoties per intervalla periculum suffocationis penè inducens, quæ inter exercitia, & ab assumptis frigidis sumpserit incrementum.

10° Anhelitus frequentia.

11° Catarchus sensim perperim ta-

men

men asperam rigans arteriam.

12° Expectoratio udo cœlo difficilis, sudo facilior.

13° Caro totius corporis humidiore cœli statu intenerata, ficciori indurata, quod symptoma omnibus ferè tabidis competere videtur, unde

14° Externis aeris nec non ventorum injuriis maxime suscipiendis pronitas, inter quas humidior & frigidior constitutio summè nociva.

Tabis phisicæ cujuslibet originis altius radices agentis medicíq; operam (quoad perfectam curationem) ut plurimum eludentis signa connumerantur.

1° Tussis acriter premens, per cujus impetum primò sputum lineatim sanguine permixtum; dein pus cænosum, ponderosum, coloríq; cinerei, quod aqua injectum facile ei quasi commiscetur, fundumq; petit; deinde pulmonum paritérq; vasculorum, nec non membranarum eorum distrigmenta succussi deducuntur.

2° Anhelitus

2°. Anhelitus fætor, & difficultas maxima.

3°. Dolor pectoris, & papillarum pungens & ulcerosus inter russiendum exacerbatus.

4°. Omnium virtutum deficientia.

5°. Febris putrida à sanguine universo per puris irrorationem fædato, motum alienum, viz. Fermentationis inducente, unde corporis partes fluidæ funduntur per Sudores colliquantes, potissimùm matutinos.

6°. Fluxio aluina tandemque lienteria à labefactatâ Epatis omniúmq; partium nutritioni dicatarum œconomiâ.

Hisque necessariò accedunt,

7°. Carnis cujuscunque generis aridi[illegible]s ob defectum insuccationis.

8°. Extremarum partium & totius cuticulæ porrigo, deficiente in exteriori[illegible]bus spiritu madente.

9°. Dolor tendens in decubitu dextro [illegible]ut sinistro, ob pulmonum lateris alter[illegible]trius pleuræ adnascentiam.

10°. Pulsatio debilis, parva, frequens, fa-

fatiſcente virtute ſanguinem ad exteriora protrudente.

11°. Pilorum defluvium, unguéſque curvati pallidiores.

Quibus denique adjicienda,

Facies Hippocratica dicta, ſeu ipſa mortis imago, *viz.* facies lurida ac emortua, oculi ſublidentes, nares acutæ, gena depreſſiores, collapſa tempora, corpúſque totum ſtrigoſum ſceleto finitimum.

Fluxio cujuſcunque generis ex toto plus importat periculi, quàm illa quæ ex aliquâ tantùm parte in pectus protrudatur.

Fluxio ex ſanguinis reſtagnatione, ſeu imminuta διαδόσει in valis cordi vicinis periculoſior, quàm quæ ex partibus diſtantioribus in pectus ſuscipiatur.

Sanguis per vices in pectus confertim fluens minus periculoſus, quàm qui ſenſim & jugiter emanaverit; fluxio enim periodica licèt copioſior ἀναζωμώσεως, jugis tamen detentum facta ἀναβρώσεως ſymptoma.

Ex-

Extravasatio sanguinis ex redundantia & tensione facilius curatur, quàm illa quæ ex ejus alienatione & erosione orum duxerit.

Magis periclitantur pulmones à pressura per denegatam Epatis percolationem, quàm à regurgitatione ab infarctis Lienis vasculis.

Si criticè & per transumptionem hæmoptica pulmoni supervenerit affectio, tutò non rarò & cum totius adjumento res succedit.

Quibus pulmonum vasa à perenni sanguinis affluxu & viscosorum expressione diutius ampliantur, concomitante asthmate, quod nullas ob causam allatam dederit inducias, omnes ferè vel rupto viscere sanguinem in trachæam cum conjuncta colluvie effudêre, vel asthmate ferocius deprehensi subitò periere.

In omni fluxu periodorum postpositiones præmisso præsidiorum usu, ut & abbreviationes & allevationes salutem pollicentur, & vice versâ.

Longi-

Longiores periodorum mitiorum inducie salubriores.

Pulmonarii aquarum mitiorum affluxus & transitum diutiùs ac facilius semper sustulere; humorum verò biliosorum ægrè & per tempus tantum; salinorum verò ac nidorosorum crassescentium perfusione & expressione quàm citissimè pessundantur.

A fluxione suffusionis maximum, instillationis minimum impendit periculi.

Gibbosi & quibus membra amputata, fluxionibus magis lacessiti, & pthisi maximè periclitantur.

Si peractis sanguinis excreationibus pulmo minus sensilis, aut pectoralis torpida sanguinis reliquias per ἀναχαθαρσιν non apprimè repurgaverint, retenti sanguinis & ipsius pulmonis continentis computrescentia suborta, pthisin subsecuturam minatur.

Post sanguinis extravasationes libera respiratio, tussis sedata, vires constantes securitatis φανερὰ, & è contrario.

Si

Si post eruentas excretiones sputum
mucaginosum cæruleum & læve suc-
cesserit, & perseveraverit, hæmoptoisin
juvenibus, aut calidioribus, recursu-
ram denuntiat; si purulentum, & in
senioribus & ætate provectis phthisin;
si nullum, cæteris paribus, incolumi-
tatem.

In nivium & grandinum congelati-
one, cœlóque pluvioso hæmoptoici
magis tentantur.

A sanguine extravasato putrescente
bronchia minùs infarciuntur; à succo
nutricio magis, cùm in mucaginosam
excoquitur substantiam; à pituita in
trachæam delapsa maximè, si per co-
ctionem viscida tenáxque remanserit.

Denique si spirabilia materiam qua-
cunque diutius retinuerint, medelæ
difficultatem commonstrant.

Tabidorum langvor sine pulmonum
aut visceris cujusliber corruptelâ tacitâ
& obrepens Anglis infestissimus est, &
nisi primis obediverit remediis (quod
rarissimè evenit) funestus.

Phthisis

Pthisis improvisò fatigans, licet pectus minus gravet, cum extremarum partium, pedum præcipuè inevitabili infrigidatione, periculosissima. Succus enim alibilis pessimè alienati, virium-que exinde prosternatarum symptoma est.

Pthisici quibus pulmones ob lapidum & ossium inæqualium innascentium lacerati fuere deploratissimi.

Qui bellariis & sympotiis nimis indulserint, pthisi languorem importante, maximè corripiuntur & periclitantur.

Si partem derosam fluxio copiosa & frequentior irrigaverit, periculosum; nam ulcera interna cum uberrima sanie affluvie, rarò, sicut externa difficillimè sanantur.

Corpora σῦπος licet citò liquantur & languent, citiùs tamen medelæ emolumentum sentiunt, si curatio morbi iis sit accommodata.

Ad pthisin proni, qui frequenter insipida sputant, tardius tabescunt, etiam ab ortu vitiosam pulmonum σῶρον nacti fuerint.

Qui

Qui pthisis indelebilem impressionem parentibus susceperint, licèt irrestituibiles, sunt tamen diuturniores.

Pthisici omnes frequentiori modò mediocri narium hæmorrhagiâ detenti, diuturniores.

Si suffusio sanguinis cum pari per nares expressione arteriam pulmonariam simul occupaverit, minus periculosum, quàm simplex in arteriam extrusio.

Si pthisis diu detinuerit, & fluxus chylosus supervenerit, funestum.

Si ephemera vel hectica per vices inæquales pthisicum diutius exercuerint, fatalem indigitant eventum.

Pthisici cibum avidè appetentes & exinde robur nentiquam acquirentes, desperati: Nectar enim vitale deprædationi dicatum indicat.

Si virginibus maturioribus, quibus sanguis menstruus non fluxerit, contigerit pthisis, ejusque in pectoralia sit ἀναδρομὴ, degeneratio pessima, depeculatio repentina, eventus funestus.

Pinnarum narium contractio, thoracis collapsi angustatio, si brevi spatio con-

contigerint, moriturum ægrotantes denuntiant.

In phthisi diuturniori tumor pedum ædematosus funestus.

Phthisici, quibus materia pectus onerans labem febris putridæ aut maligna contraxerit, omnes ferè periere.

Quibus ab usu remediorum, aut plagarum mutationibus, pectus angustum dilatatur, gliscit corpus, robur augetur & color evadit floridior, salutis spes affulget denuò, per totum corpus relucenti caloris vitalis ἐνεργείᾳ.

Si saburram pituitosam, aut illuviem salsuginosam inter purgandum copiosè secreverit phthisicus, levamen maximum pectori adfert, & non exiguam salutis fiduciam creat.

Phthisi diutius correpto si βηχὼ tenuioris substantiæ, sive proritantia porrecta fuerint, & exinde tussis non moveatur funestum.

Si artis adminiculo sputum variegatum sit concolor, si à fædato optimè depuratum, si ab inæquali optimè subactum, si à salino insipidum, si à fætente inodorum,

...odorum; si denique facilius provene-
...it sanitatis futuræ indicio est.

Rerum non-naturalium accommodatio.

NEc præsidia, nec non-naturalia in genere adhibere possibile est: Cæterum ex perspecta cujusque ægrotantis crasi, mali causa, partisque quoad tenorem demutatione, res censenda venit. Pulmoni etenim aridiori & indurato adaptari potest aer, seu halitus terræ & aquæ frigidior, humidior, crassior, solum ...tosum nigricans, locique profunditas: ...accido verò & intenerato calidior, ...enuior, siccior, solum arenosum aut ...retaceum & loci altitudo. Pulmonibus autem medio modo se habentibus media adaptanda. Quali tandem artificio, cuilibet domui & cubiculo consulatur, si locum mutare non conveniat, ...suffituum & halituum apparatu speciatim detegitur.

Cibos porrò potulentáque in gene accommodare, impossibile: Totius quippe & ventriculi crasis ægri consuetudo, annorum, dierum, & morbi opportunitates, æqua lance perpendenda. Teneriores tamen victus, ut plurimum coctioni & dispensationi facillime cedentes maximè conducunt, & inter potulenta dum prima viguerit symptomatum φάσις, dilutiora spiritúque minus dotata. Lectorem itaque ad rem dieteticam medicamentosam, quam sigillatim & non posthabita circumstantiarum ratione adaptavi, ablegare necessum erit.

Suis insuper confiniis somnum coercuisse in morbis quamplurimis, potissimum spirabilia occupantibus, convenit; cujus defectus, ut totius ebullitionem, sic excessus, materiâ regurgitatâ, summam expectorandi difficultatem, & exinde devastationis perniciem parti suscipienti non rarò induxit.

Et

Et ut rarius & non nisi spirituum lan-
guor indicaverit, hypnotica cardiacis
permixta exhibere suaserim, sic somnos
soporosos ut pestem fugare. Hoc tamen
monendum, si frigidior sanguinis sit
constitutio, cum sequaci satis liquorum
in pulmonem expressorum lentore,
somni sint breviores, & exercitia pro-
trahantur: Si calor cum bile supera-
verit, somni sint longiores, motusque
mites.

Venus sit rarissima, nisi corpus totum
sanguine turgentiori & ferventiori re-
fertum (unde etiam pectoris vasa perti-
naciter infarciuntur) contrarium mo-
nuerit. Causa itaque caloris accuratè
enucleanda & distinguenda: Sanguis
quippe qui à salina seminis qualitate
proritante incalescit, non tali modo de-
mulcendus; nec qui crudus aut minùs
maturus. Soli itaque plenitudini, & ca-
lori ejus consectario, quæ rarissimè in
thisin pronis contingunt, liciti sunt
frequentiores Veneris amplexus; quo-
rum modificationes non prorsus præ-
termittendæ: In omnibus enim, præ-

 sertim

sertim in tabem declivioribus minùs prosperè succesſit res, ſi ſomnus non ſubſequatur, quo vires refocillantur, ſanguiníſque univerſi motus tali ſecretione excitatus contemperatur & reducitur.

Nec exercitia cuique ægro particulari convenientia aſſignare eſt hujus loci; in genere tamen diciviva tempora exercitiis deſtinata debere eſſe à cibatione, & horis diurnis diacriticis longè remota: quæ quidem omnibus exceptis ſolummodo torpore ſpiritalium correptis convenientiſſima, quoniam exinde ſanguinis quælibet in pulmones depoſituræ faciliùs expectorantur, quod valentius fiat, ſi ſudor eliciatur, quem omni morbi tempore ſi vires tulerint prodeſſe cognovimus. Quod ſi fluxionis periodum ſummovere animus ſit, eâ ſudor proliciatur cautelâ, ut incipiente diacriſi per totam profluat corporis ſuperficiem.

In excretorum & retentorum motu & menſurâ, ut viribus & tempori à natura deſtinato paria ſint, ratio dictat,

Me-

Medicus præcipit, neque naturæ & consuetudini parum attendendum. Et quod ad sanguinis per pulmones depositum attinet, eam maturè rejectare congruum duxi, præstat tamen ut plurimum rem aliquantisper protrahere, quàm naturam ad expellendum nimium proritare. Corollarium itaque esto. Debitæ ejectamentorum maturitates ex assumptorum & non-naturalium artificiosa & mediocri administratione semper eruendæ. Quomodo dein remedia seclusioni dicata quoad circumstantias adhibenda sint, in regulis minorativis, bechicis, sudorificis, &c. κατὰ μέτον persequimur.

Regulæ Evacuationi dicata.

MAteria morbida fatiscentium pelli-
sicorum quacunque de causa sub-
orta leniter per secessum subducenda,
porrecto solùm minorativo, cui cardiaca
& putredinem inhibentia permisceri
poterint.

Tempus minorativo designatum esto
in accessu morbi, horâque decubitus,
prætermissâ cænâ, cui alvus manè sub-
sequenti bis aut ter respondeat, unde
nulla vel minima saltem virium jactura.
Hujusce generis præsidia magis pro-
desse expertus sum, si ægri horis ante-
lucanis & quasi inter somnum fæces
alvinas deposuerint. Crebrò verò neu-
tiquam reiteranda sunt, nisi mucosa vis-
cositas aut aqua salsuginea copiosè sese
excrementis immiscens aliud suaserit.

Qui carnes obtinuerunt induratiores,
porósque occlusiores, facilè subeunt
catharsin; hísque ingruente morbo di-
versionis causâ præcipienda est evacu-
atio, quæ non rarò etiamsi ex fortiori-
bus

[illegible] conflata prodierit. In victis tamen [illegible] quibus nec saburra pituitosa aut illu-[illegible] semsa prodierint, nequaquam mo-[illegible]enda est purgatio.

Dum sa sanguinosa in caput defluxerint, non purgandum, ne pectori corriventur: eo enim tempore sudores elicere maxi-[illegible] proficuum invenimus. Crassioris texturæ pulmonariis & obæsioribus, seu quibus pectoralia per congestionem læsa fuerint minorativa terrebinth nâ addista in longum tempus usurpata profuere: Rarioris verò texturæ pul-monariis, biliosis, seu quibus fluxio po-tius contigerit, medicamenta ex cassia, quædiu etiam in usum ducenda.

Si horæ diacriticæ diurnæ potissi-mum anticipentur, & pectoris onus in-gravescat, exinde evacuationi & revul-sioni magis incumbendum.

Non solum ineunte Vere, seu quum sol Arietem ingreditur, minorativa ca-tarrhos perpessuris præcipienda; sed per Autumnum Brumámque crebrius usurpanda; poris etenim cutaneis tunc reclusis, liquores mordaces & incisivi

 magis

magis regurgitant. Pervigiles frequentiorum lenientium usum exposcunt, iisque narium hæmorrhagia non solum permittenda, sed promovenda.

Dum ἀνακαθάρσει studendum, prætermittenda minorativa.

Regulæ Expectorationi dicatæ.

CAlidioris essentiæ præsidia biliosis, seu rarioris texturæ ægrotantibus, non exhibenda, nec in prima symptomatum φάσει, nec pthisicis fluxionis devastatione correptis. Calidiora enim hujusmodi medicamenta frigidâ pectoralium intemperie, flaccidóque eorum tenore detentis, ut & eis quos materia fluxa per nimiam congestionem fatigat, maximè accommodantur.

Detersivis expectorantibus eoúsque incumbat Medicus, donec sputum debitum colorem & consistentiam (si fieri possit) acquisiverit, interpositis aliquoties

quoties minorativis, multoties sudoribus; sanguinis autem & succorum æquationi & maturationi incumbendum, quousque morbus prorsus evanuerit; nam tonus viscerum naturalis hisce conatibus reducitur & confirmatur.

Inter expectorantia detergentia maximè proficua invenimus, quæ ex abiete, pino, & terebintho conficiuntur.

Medicamenta acria & stimulantia torpidis, eâque de causâ congestionem nimis tolerantibus, solummodo concedenda; quæ per intervalla quædam tantum usurpanda: Exceptis enim quibusdam intervallis in quibus acria ista & stimulantia conducant, medicamentis priùs dictis toto morbi decursu insistendum.

Primis valetudinis signis allucentibus non confidat Medicus, etiamsi accurata videatur τεκμάρσις; ultra enim convalescentiæ statum ob recidivæ metum diu perstitisse tutissimum.

Horis diacriticis diurnis lenientibus solùm adjuvanda & promovenda est ex-

expectoratio, quia tunc temporis naturam adminiculantem invenimus: Ut expectorationi rectius consulatur, partes extremæ, potissimum pedes optimè muniantur; quorum sudores matutini per horam quotidie promovere utilissimum.

Si interdiu sputa semper depurata projiciantur, licet noctu malè colorata & constituta videantur, nil desperandum: De die etenim sputa bene subacta & alba sanitatem reducem pollicentur.

Regula Sudorificis adaptata.

SUdorifica omnia sint familiaria, & pectori aliquatenus appropriata; quæ in prima morbi *πάσει* optimè subvenire compertum est.

Si sudor sponte oboriatur, & interdormiendum (quod sæpissime fit) à bronchiis pertinaciter infarctis pectoris tantum regionem occupaverit; reiteratis

tatis vicibus in toto proliciatur, ut æquationi circulationis (sine qua nemo sanus vixit) consulatur.

Frigidioris temperaturæ pthificis sudores multoties præcipiantur, in quibus etiam viscosorum humorum pectori & tracheæ pertinaciter adhærentium eliquationi, nec non ἀνακαθαρσει apprimè studendum.

Sudores matutini lentè & pro euphoria proiecti, maximè proficui, si per longum tempus repetantur.

Pthisi inveteratâ detentis sudorifica neutiquam imperanda, eo etenim morbi statu, mali hyparxin ne quidem ex parte averruncando proficua, sed insultum hecticæ accelerando nociva.

Quibus uredo, impetigo, aut pruritus autumnalis & hyemalis cutes obsesserit, quod plerumque fit, sudoribus frequentioribus uti convenit, illisq; semper profuere, non posthabita tolerantiæ consideratione.

Si inter sudandum tussis sedatur, appetitus excitetur, audacius & sæpius proliciendi.

Si

Si salina ad superficiem profluæ seducuntur, quod facilè dignoscitur, si inter sudandum (quod sæpius compertum est) labra præterlabendo aut linguæ membranam vellicaverint, frequentius reiterandi. Quum verò jam sanguis salem ejusmodi secernere desierit, mitius agendum est, tandemque desistendum.

Si inter sudores liberaliter prolectos, nec pus, nec sanies, nec sputum ovi vitellum putrescentem sapiens amplius proripuerit, licet tussis aspera perduraverit, nil desperandum: nam præscriptæ methodi vi ea sensim evanescet.

Regulæ Fontanellis dicatæ.

HIsce nihil addam, nisi quod si ex radicibus Iteos conflatæ sint turundæ ad medici præscriptum, materia è fontanellis exudans emittet odorem violaceum, naribusque valdè gratum.

Regulæ suffituum & halituum administrationi dicatæ.

Suffitus & evaporationes magis familiares sunt detergẽtes, qui vicibus intermediis in usum ducendi; deinde nobiliores & ficciores, tandem καλλιστους sensim usurpanda; postea mitioribus vice communis aeris attractis res absolvenda.

Evaporationes potissimum siccioris temperaturæ pulmonariis accommodantur, & in ipso suffusionum diurnarum adventu maxime prodesse cognovimus. Cujuscunque sint generis suffumigationes & halitus penitius vicéque ipsius aeris in partes spirabiles suscipiantur, in conclavi aut cubiculo, clausis fenestris, ut vitetur omnis aeris frigidioris afflatus, ibique diu perduret ægrotus; secus enim incassum exercentur.

Prima suffituum in pulmones susceptio est laboriosissima, peracta verumtamen deterstione (quod citò fit) facilius peragitur. Suf-

Suffitus non ſtatim ab eroſo vaſculo aut viſceris parenchymate ſubmovendantur, ſed poſt dies quatuordecim ad minimum à ſedata hæmoptoſi, nec ante ſuffuſionem periodicam qualemcunque, præſertim majoris circuitus, ſed elapſo ad minimum biduo à peracta fluxione.

Dum extraneis ſuccis perfunduntur & replentur pulmonum parenchymata, ſuffitus fortiores neutiquam uſurpandi; leniorum verò uſus eo temporis inſtanti non prætermittendus.

Contraindicantium Regulæ moderatrices.

SI cauſæ complicatæ, nempe fluxio, congeſtio, & putredo, ægrotantem profligaverint, vicibus interpoſitis debita certandum eſt præſidiorum ſucceſſione vel miſcela.

Habita cujuſlibet conſideratione fluxioni ſuffuſivæ concitatori & ſalſugi-

noſæ

nosæ magis prospiciendum, unde devastationis celerioris emergit periculum.

Ut sanguini εὐωδία retribuatur, spirituosiora aliquando sint in usu: Eâ autem tempestate si hæmoptoica præcesserit affectio, ut alvus ægrotanti sit lubrica necessum habet.

Si caput in bronchia depluerit, vel si hepar & lien in pulmonis perniciem conspiraverint, utriusque simul est habenda consideratio.

Frustrà bechicis materiæ fluxæ expectorandæ, nisi fluxuræ intercipiendæ & avertendæ consulueris.

Si frigeat ventriculus, & pulmones incalescant, unde aridura à veteribus dicta, potulenta actu moderatè caleant, virtute tamen ut sanguinis & pulmonum calorem contemperent convenit.

Regula

Regulæ Veſtitui dicatæ.

UT pori mediocriter panſi ſerventur, adhibeantur craſſioris texturæ indumenta aut multiplicata, quibus laxi corporis ſuperficies muniatur, ne compreſſione aut auræ frigidioris appulſu ſanguis intro coerceatur, unde extravaſationis recurrentis impendet periculum.

Marcidis & extenuatis vice induſiarum linearum quæ proximè cutem tangunt, admoveantur panna Wallica lanea molliora contexturæ puriſſimæ, Anglicè Flannin dicta, nec ſæpiùs renoventur: hoc modo halitus ſanguinei ſeu ſpiritus retinentur, & ab aere minus ſolicitati haud depeculantur. Inter laneas texturas optimæ mihi videntur, quæ ex hædorum & ovium inguine & emuncturis contexuntur.

Regula Corporis motui adaptatæ.

MOtus diurni corporis potissimum perpendendi, & in primâ symptomatum accessione (præcipuè in calidioris temperaturæ & rarioris texturæ ægrotantibus) exercitia omnia sint leviora, & quæ partes inferiores maxime subagitando moveant: motus autem omnes vehementiores eo tempore, partium præsertim superiorum, tanquam incalescentiæ reos meritò damnamus. Cæterùm in pectoralium lubrico tenore, frigidâque crasi motus concitatiores pectoris musculos magis dilatantes aliquoties imperandi, utpote arcuum tensio, hastarum armentatarum jaculatio, &c.

Regulæ Corporis positioni pert. entes.

DEcubitus porrò nocturni & quiescendi modi neutiquam prætermittendi: Quibus enim per fluxilem suffusionem gravantur spirabilia, ad levam declinatio magis nociva, quibus per instillationem alluuntur, officit decubitus dorsalis: At si suffusio aquarum densabilium extra vasa stagnantium infarctionem peperit, levamen & spirandi libertatem attulit positio erecta, dorsalis infirmis maxime proficua & accommodata, non tamen diu permittenda, nisi instillationi priùs consulatur.

Regulæ Phlebotomiæ dicatæ.

REgulis in vestibulo nostro recitatis hoc unum adjicere libuit, nempe si larga sanguinis effusio contigerit, (ne spirituum dispendio & chirurgorum nimiæ clientelæ consulatur) in-

nstrumentum fabricari possit in hunc modum, quo eo ipso die variæ sanguinis evacuationes celebrentur.

Instrumentum argenteum, sive Canalis argenteus parvulus, venæsectionis reiteranda supplementum.

Conficiantur varia instrumenta diversæ magnitudinis, pro ratione dimensionis vasorum incisorum.

Ne ligentur partes quod faciunt chirurgi, sed calor partium augeatur, ne sanguis coaguletur, unde nihil nisi tenuissima sanguinis pars per orificium percoletur.

Signa ultima desperati præsagii sunt, quando vires non suffecturæ sint scopis medicationi subservientibus. Dum verò vires mediocriter licèt constiterint, si ægrotos sibi obtemperantes (quod rarò evenit) reddiderit medicus, variis instructus præsidiis morbo &

ſymptomati cuilibet accommodatis, ad curationem ſeſe confidenter accingat; omnes enim ope remediorum inſequentium debitâ methodo abſolutorum, vel perfectè ſanati, vel vitæ uſuram diu protracturi. Quæ res toti duplici peragitur operatione: Prima operatio verſatur circa ſuccos & ſanguinem, ſecunda circa viſcera & partes ſolidiores; prima ſymptomata primas exigunt operationes.

Primò igitur, liquores perflui medicinâ ἀφαιρέσεως minuendi.

Secundò, affluxuri præpediendi & avertendi.

Tertiò, liquores in quibus ſalſedo & mordacitas deprehenditur, medicamentis, & diæta roſcido lentore dicatis corrigenda & edulcoranda.

Quartò, ſucci deperditi reſarciendi vires analepticis reficiendæ.

Ἀφαίρεσις ſub ſe continet phlebotomiam, minorativa, ſonticulas, hydrotica, averſionis & interceptionis effectores, quorum unumquodque reſpicit morbi primam φάσιν, ſeu primi ordinis ſymptomata. Poſt-

Postquam itaque fluxerit sanguis partitis vicibus ab incisa vena primò brachii turgentiore, dein si symptoma hæmoptoicum indicaverit (aut mensium debita excretio desierit) pedis; postmodum ex apertis per admotos hirudines hæmorrhoidalibus, frictionibus extremarum non posthabitis, usque ad completam revulsionem (in quâ exequendâ εὐφορία seriò perpendenda) collimet deinde Medicus mali hyparxin averruncare, quæ omni corporis parti fluitanti suum impertit seminium. Quod absolvitur primò per minorativa, quæ sunt simplicia vel composita.

Simplicia accommodata dicuntur, Cassia fistularis, Manna calabrina, Rhabarbaram, Rosæ pallidæ, Agaricus, Mechoacanna, Linum Catharticum, Terebinthina.

Composita,

Electuarium Lenitivum, Passulatum, Diaprunum simplex, Diacassia cum Mannâ, Diaspermaton.

Syrupus Rosarum solutivus, & è succo Rosarum, syrupus Violaceus, de floribus Persicorum, de pomis purgans, de succo Rhabarbari Anglicani, mel Rosarum & syrupus Violarum solutiv.

Ex quibus aliisque ex artis lege permixtis, Medicamenta concinnari possint: Ut,

℞. Rad. glycyrhizæ rasæ ʒij. Com. urticæ tener. althææ ana p.j. Tamarind. ʒ j. Flor. rosarum sole sicc. p.j. Sem. coriand. præp. ʒ ss. coque modicè per mediam horam in sero lactis, colaturæ ℥ iij ss. adde mannæ optimæ ℥ j. aut ʒ x. f. potio multories reiteranda. Vel pro robustioribus,

℞. Rad. althææ ʒ iij. fol. lini cathart. m. ss. flor. lamii p.j. sebesten n. v. sem. coriand. ♃ j. ss. incalescant per horas binas, dein modicè per mediam horæ partem coquantur in s.q. aquæ hordei, aut endiviæ, in quo dein decocto Rhei ♃ ij ss. aut ʒ j. maduerit tepidè per

 horas

horas tres: Colaturæ adde syr. de pom. purg. ℥ j. f. Potio. Vel,

℞. Rad. cichor. ʒ iij. fol. bugulæ m. ss. flor. borrag. maluæ ana p. j. sem. endiv. ʒ ss. fœniculi ℈ j. fol. senæ ʒ ij ss. coquantur in s. q. aq. plantag. & ℥ iij ss. colaturæ adde mannæ ʒ. v. syr. de flor. Persic. ʒ v. m. f. Potio.

℞. Jusculi avenacei in quo pruna ebullierint ℥ iij. cum sem. coriand. mannæ in succo citri aut aurantiorum dulcoacidorum solut. ℥ j ss. m. f. Potio gratissima.

Syrupus magistralis, quo sanguis a sale & tenuibus ichoribus optime vindicatur.

℞. fol. bugloss. utriusq; fumar. lupul. chichor. endiv. agrimon. plantag. polytr. ana m. j. summitat. aspar. verben. euphras. ana m. ss. sem. cucurb. melon. ana ℥ ss. sem. endiv. cuscutæ ana ʒ ij. glycyrhiz. ras. passul. mundat. ana ℥ j.

prunorum dulc. paria. vj. sennæ mundat. ʒ iiij polypod. quer. ʒ ij agarici in linteo raro inclusi ℥ vj. maceris flor. trium cordial. cicor. rub. ana p. j. coq. ad lib. j ſs. in ſ. q. aq. fontan. Colaturæ admiſce ſucci pomor. rodolent. ʒ iij. ſachari albi quartaria. v. f. Syrupus perfectè coctus, aromatizetur ſantalo citrino, dein ſyrupo infunde Rhei electi contuſi & in panno raro ligati ʒ j. doſ. ab ʒ j ſs. ad ʒ ij. Vel,

℞. Elect. paſtulari aut lenitivi ℥ v. pulpæ Tamarind. ʒ j ſs. farinæ ſem. coriand. ϑ j. cum ſyr. violac. f. Electuar. longè à paſtu exhibendum. Vel,

℞. Mannæ opt. ʒ x. aut ʒ j ſs. pulpæ Tamarind. ℥ ij. ſem. fænicul. d. ϑ j. cum ſyr alth. aut viol. f. Electuar.

℞. Rhab. opt. pulv. ϑ j. & gr. v. pulp. Tamar. ℥ ij. ſem. coriand. præp. ϑ j. cum ſyr. è flor. Perſic. f. Bolus. Vel,

℞. Pulpæ

℞. Pulpæ Sebesten. ℥ vij. Electuar. lenit. ℥ iij; pulpæ Tamar. ℥ j. farinæ ſem. coriand. ℈ j. cum ſyrupo de ſucco cini, f. Bolus.

Seri deinde mordacis per ureteres ſecceſſio, nec non totius ſanguinis lævigatio & ad priſtinam familiaritatem reductio ſubſequētibus admolienda eſt. Quibus ſcopis inter medicamenta adaptantur Radices ſymphiti althææ, aſparagi fragariæ, glycirhizæ, pimpinellæ, nymphææ; Folia endiviæ, urticæ, ſolani hortenſis, althææ, lactucæ, portulacæ, acetoſæ, quinquenerviæ, cummulariæ, almariæ, trifolii pratenſis fragariæ, prunellæ, bugulæ, plantaginis, parietariæ, burſæ paſtoris, polygoni, myrtillorum.

Flores, maluæ, roſ. rub. papaveris, lamii, ſabarum, althææ, cyani, roſ. rubrarum, comæ abietis, pini.

Fructus, cruſtemna, poma dulcia, prunа Hiſpanica, Italica, & noſtratia maturiora, ceraſi dulcia, ſorbus alpina, myrrhodon, cydonia, dactyli, ſebeſten,

besten, jujubæ, amygdalæ dulces, mora, rubi com. & pumili sive sentii, Anglicè *Dewberries*, vaccinia, utriusque generis fraga.

Gummi acaciæ, tragac. arab. arboris persic. lachrymæ.

Cortex interior amaræ-dulcis, sive Dulcamaræ, Nuclea pini.

Lignum Brasiliense, Santalinum.

Animalia, Limaces, Ranæ.

Aquæ Limacum & eorum decoctum & liquamen, spermatis Ranarum, lactis destil. albuminum ovorum, Plantaginis, Portulacæ, Papaveris, Erraticæ lactucæ, Nymphææ, Endiviæ, Urticarum, aq. hordei, serum lactis.

Composita.

Syrupi portulacæ, Nymphææ, de Mucilag. de symphyto Fern. de Jujub de Papavere simp. & comp. de Rosis siccis, de Corallis, de succo Aurantiorum, de succo Urticarum, de Althæâ, de succo Plantaginis, de floribus Acaciæ.

Conserva & gelatina Cydoniorum, Volemorum, Pomorum dulcium, &

redol.

redol. Prunorum, Ribes, Grossulariæ, fructuum Cynorrhodon, Mororum omnium, Cerasorum, Fragorum.

Conservæ florum Chichorei, Lu-ulæ, Lamii, Ros. rub. Nymphææ, Buglossæ, Symphiti, Acaciæ.

Antidotus Analeptica, Diacydoni-um tabellatum simp. Saccharum ro-sarum, Diapenidion sine speciebus.

Species diatrag. frig. diamarg. frig.

Pulvis haly Abbatis.

Rotulæ diatrag. frig.

Trochisci Bechici nigri, Gordonii, de Spodio, de Carabe, de Santalis.

E quibus ἐνπώριστα varia componi possint.

Aqua Sanativa.

℞. ligni Brasiliensis ℥ j ss. Santal. rub ʒ ij. Rad. consol. med. ℥ vj. Rad. sigil. salom. ℥ ij. fol. nummul. bursæ p. prunel. fragar. ana m. j. fol. tener. linguæ serpentis m ss. Com. pimpin. dement. ana m. ss. flor. lamii, pulmon. mac. bugloss. alth. pratensis, cyani ros. rub. pap. errat. ana m. ss. sem. myrtil. endiv.

endiv. malu. cydon. ana ℥ iij. sem. pap. alb. boli armen. ana ℥ ij ss. Terræ sigil. lap. hæmat. ana ℥ ij ss. rasa, concisa, contusa, & in pulveres redacta per octiduũ infunde in succi pyrorum silvestr. plantag. portulag. vini canarin. ana lib. ij. succi mespil. nondum maturator. lib. j. deinde destillentur in B. M. ut f. aqua aliorum medicamentorum solutioni accommodata.

Aqua Calcis.

℞. symphili maj. polygoni, plantag. pimpinell. ana m. j. marcescant in calce vivo, & post perfectam arescentiam indantur aquæ communi: instar cremoris crassescentis, f. infusio per triduum, & reiterata multoties agitatio, postea quiescant in sellâ frigidiusculâ, & separetur aqua limpidissima per inclinationem. Sumat hæmoptoicus unciãs vj. per quatuor aut quinque auroras continuas, & licet res in angusto fuerit, vix fefellit.

Tinctura

Tinctura Boli Armeni.

℞. Boli Armeni optim. ʒ iij. Coral. rub. ʒ ß. lapid. hæmatit. ʒ ſs. digerantur alcohoolizata in ſ. q. ſpiritus conſolidæ ex artis lege parati per dies quatuordecim, quo temporis ſpatio multoties commoveantur, f. Tinctura, doſ. à guttis v. ad xj. ex aq. lactis deſtil. ſpermatis ranarum, aut albumen ovorum deſtil. efficacius evadit remedium, ſi ſpecies digeſtioni dicatæ denuò bis aut ter reiterentur.

Decoctum Limacum.

℞. Limacum nemoralium mediæ magnitudinis præp. nº. triginta, pomarum redolentium ſolidiorum cum corticibus in raleolas diſſectorum nº. v. prunorum Brigniolen. nº. ix. poſtquam coalluerint per horam in ſ. q. aq. fontan. ului reſervetur Colatura, albuminibus ovorum clarificata, guſtui pergrata.

℞. ſucci

℞. succi rad. fig. salom. cochlear. vi. adjiciantur sero lactis insequenti.

℞. fol. polygon. pimpin. fragar. bugulæ, ana p. j. coq. in sero lactis in tres doses; succus verò crudus adjiciatur per subsidentiam solum depuratus.

℞. micarum panis lib. ss. macis ʒ iv. sant. rub. ras. ʒ ij. pulpæ tamar. cum syr. de symph. extract. ʒ iv. coq. tantillo aquæ ut solummodo acescat, & f. decoctum pro potu ordinario.

Infusum.

℞. aq. lactuc. portulacæ ana lib. j. in quibus lentè incalescant per horas duodecim glycyrhizæ opt ʒ iv. sem. coriand. ficc. ʒ ij. postquam deferbuerit infusum per horas binas, despumetur, & completæ infusionis depuratæ pitisset aliquantulum pro libitu inter pastus.

Serum Alteratum.

℞. rad. chinæ non carioſæ tenaciter rasæ ʒ iij. ras. santal. citrin. ʒ iij. macerentur

rentur tepidè per noctem in congiis duobus seri lactis, dein coquantur modicè per horas tres, & sub ebullitionis finem adjice rasur. glycyrhiz. ℥ j. flor. trifol. prat. altheæ ana m. ss. flor. pulmonar. macul. borrag. bujul. ana p. j. clarificetur colatura. sigillum Salamonis in sero lactis decoctum idem valet.

Amygdigala.

℞. Amygdalarum dulc. in aq. gelid. non ferventi maceratar. & deglubitar. ℥ iij. sem. melon. itidem decorticat. ʒ vj. affusâ q. s. aquæ rosac. Emulsio tenuioris consistentiæ: Si noctes ægrotus duxerit insomnes, sem. papaver. alb. ʒ iij. aut circiter addantur.

Julapium.

℞. aq. lactis destillat, album. ovor. destil. succi portulac. destill. in vitreis organis ana ℥ iij. gratè edulcorentur, ℞. syrupi coralliorum & cydoniorum, Julapium. Vel,

R. Julap.

℞. Julap. Alexand. ℥ v. aq. lactuc. ſpermat. ranar. plantag. ana ℥ ij. ſyr. portul. de papav. erratico, de ſucco aurantiorum, ana ℥ j ſs. f. Julapium.

Hauſtus hypnoticus.

℞. aq. lactu. ℥ iij ß. roſ. rub. ℥ ſs. ſyr. de mecon. ʒ vj. de coralliis ʒ ij. f. Hauſtus.
Vel,

℞. Laudani opiat. opt. gr. ij. aq. papaver. errat. plantag. ana ℥ ij. ſyr. de coralliis ʒ v. m. f. Hauſtus.

Proſunt & ſucci plantaginis, aurantiorum, urticarum, & de portulacâ, qui ſi minus procurari poſſint, apud quoſdam eorum ſyrupi in uſu ſunt, magis tamen nociva propter adjectum ſaccharum, uti & Ecclegmata & Condita.

Ecclegma.

℞. Sacchari criſt. diapenid. gelat. cydon. ana ʒ vj. boli armen. ʒ j ſs. lap. hæmat. ∂ ij. Amyli ʒ iij. ovi album. n° j. optimè ſubigentur cum æ. p. ſyrupi coralli-

coralliorum & de ſucco plantag. in conſiſtentiam Lohooch.

Electuarium.

℞. conſ. roſ. rub. ſymph. papav. err. ana ℥ j. Boli arm. ʒ ſſ. ſem. hyoſc., papaveris albi ana ʒ ij. Trochiſc. de terra ſigil. ſpec. diatrag. frig. diamarg. frig. ana ʒ ß coral. rub. præp. ʒ j. cum ſyr. de papaver. f. Electuar. cujus doſ. eſt ʒ j. horis medicin.

Conditum.

℞. conſ. pomor. red. ℥ ij. fructuum cynorrhod. gelatin. cydon. ana ℥ j. f. conditum poſt paſtum uſurpandum.

Trochiſci.

℞. Penidiorum ℥ j ß. ſachar. cand. ℥ ß. pulv. diatrag. frig. ſem. alth. ana ʒ j ß. extracti glycyrhiz. defæcatioris ʒ j. boli armen. lap. hæmatit. in alcohool redact. ana ʒ ß. cum. ſ. q. muccaginis

ſem. pſyl. alth. vel gum. tragac. in aq. roſae. ſolut. f. Trochiſci, qui diu ſenſim in ore liquati deglutiantur, quibus ſi libuerit adde ʒ ij ß. aut iij. ad ſummum ſem. hyaſc. ut f. Trochiſci ſublinguales nocturno uſui dicati, & ad compeſcendum ſymptoma hæmoptoicum perutiles.

Alimentum Pharmaκώdes.

Alimentum pharmaκώdes, dum prima vigent ſymptomata ex radicibus, fructibus, & piſcium fluviatilium penu imprimis depromendum; animalium tandem terreſtrium carnes edulcorationi ſanguinis inſervientes aliquoties concedantur, quæ ſunt, vituli, porcellæ lactantis, vervecis, ovis, agni, hædi, cuniculi, ſciuri, gallinæ, & pullorum, caponis, turturis, phaſiani, perdicis, coturnicis, turdi, merulæ, alaudæ, vanellæ, ardeæ.

Piſces conveniētiores cenſentur, Lucius, trutta, thymallus, funduli in arenoſis fluminibus degentes, perca, leucornus, ſqualus,

ſqualus, girrulus, capito, paſſer maximus ſolidior, ſolea, pectunculus, ſquilla, cancer, cochlea.

Radices,

Napi, paſtinacæ, dauci maximè ſubrubri dulcioris, ſiſaris, bulbocaſtani, turiones aſparagi.

Folia,

Oleris albi, lactucæ, endiviæ, portulacæ, cerefolii, borraginis, bugloſſæ, acetoſæ.

Fructus,

Cruſtemna, poma dulcia, amygdala, avenacea.

Apparatus,

Radices, turiones, & herbæ, ad teneritudinem coctæ, butyro, & momento ſucci aurantiorũ permixtæ vice acetariorum ſuccenturiantur, aut ex comis teneriobus herbarum cum avenaceâ farina f. Pulmentarium.

Pinſatum Cruſtemniorum,

℞. Volemorum major. præſectis corticibus nº. ix. Rad. conſol. cond. lactucæ

Italicè condit. ac conciſarum ana ℥ ij ß. affunde aq. lactis deſtil. aut aq. plant. ê ſucco in B.M. deſtil, ſuccharo permixtâ; tandem aq. roſ. & in clibano coq. ad uſum: methodo non abſimili concinnari poterit pinſatum pomorum redolentium.

Ingerendi ordo.

Simplicior diæta laudabilior; ſi tamen varia præbeantur, in primis epulis ſumantur liquidiora, dein herbæ aut radices, tandem carnes: hâc methodo comeſta flatulenta facilè deponunt vapores; qui ſi inverſo ordine ingeſta fuerint, ventriculum diſtendunt, caputque petunt.

Ciborum debita inteneratio.

Cibus omnis ſit tenerior & friabilis, quod ſalubriter fit, ſi ex Galeni præcepto (*de at. vict. rat. c.* 8.) poſt interneciones animalium in aprico per horas x. aut xij. ſuſpendatur, adjectis aliquot thymi aut majoranæ comis, conſperſúſque

ſuſque ſeminibus coriandri fractis, ubi humiditates redundantes deſiccantur. Damnanda verò quæ invalut apud quoſdã avicularios conſuetudo, qui per plures dies animalcula in locis ſubterraneis aſſervant, ubi intenerando fætent.

Ciborum Electio.

Comedantur muſculoſæ animalium particulæ, non pinguiorum, nec macriorum, & licet quadrupedum extremitates eorúmque gelatinæ à medicis quibuſdam præcipiantur, cùm tamen vaſa protrudentia pectori vicina infarciuntur, aut exiliora, habitum corporis alluentia oppilata ſanguinem in arteriam venámque pulmonicam relegaverint (quòd multoties vitæ deſidi accidiſſe certum eſt) talia viſcoſa ac glutinoſa in re cibariâ toto ferè morbi decurſu abdicanda.

Vice cœnæ multoties ſubſtituatur penſatum ex volemis aut pomis redolentibus compoſitum.

Horis matutinis ſolvatur jejunium

hauſtulo pulmentarii, in quo comæ teneriores urticæ & altheæ ebullierint.

Claudatur ventriculi ſuperius orificium quolibet paſtu, cydoniatis aut condito recitato, quibus ſubſtratorum ἀναθυμίασις commodè ſupprimitur.

Poma curtipendula appiana, redolentia, dulciáque alia cujuſcunque generis cruda ultimis ferculis tanquam nocitura repudianda; veruntamen ante paſtus per mediam horam aut circiter eſitata corpora ſalibus referta cruore quodam impregnando, partium æſtus contemperando, alvináſque fæces leniter ſubducendo, haud parum contuliſſe compertum eſt.

Potus ſit illupulata cereviſia, depuratiſſima, mediæ ætatis; in quâ verò vice lupulorum incoxerint radices conſolidæ, folia endiviæ & portulacæ; comæ urticæ & altheæ tenerrimæ, cum glycyrhizæ raſuris, pyſtachiorum pelliculis externis, & ſem. coriandri, de quâ poſtquam per dies quindecim fæces depoſuerit, depromatur ad uſum, ejuſq; quilibet hauſtus incaleſcat fruſtulis chalybis ignitis.

Vel

Vel concilietur potus proficuus, gustui gratissimus, si vice lupulorum ebullierint rasuræ ligni Brasilienſis, folia pulmonariæ maculosæ, endiviæ, altheæ, lujulæ, & bugloſſæ, cum ſem. coriandri præparatis.

Diluatur omnis potus ante paſtus propinandus, ſi hæmoptoſis exigerit, cochleari uno aut altero aquæ ſanativæ, vel ſuccis herbarum prædictarum per ſubſidentiam depuratis.

Huic dein negotio haud parum inſervire creditur lac, omnéq; ejus genus ſuis non indiget encomiis; quod quidem ſine diſpendio aliquoties forſan in uſum ducatur, ejus verò ſerum præſcriptorum ſelectiſſimis alteratum, nullam incommoditatis ſuſpicionem præ ſe fert. Præſtat tamen quod ſine ſalis adminiculo conficitur; ut,

℞. Oxygalæ ℔ ij. lactis recenter emulcti ℔ iij. coquantur modicè; f. ſerum medicatum, in quo ſi libuerit chalybs extinguatur.

℞. fol. portulacæ lactucæ endiviæ ana m. j. raſ. glycyrh. ʒ vi. ſem. aniſ. ʒ iij.

℥ iij. com. sedi major. m.ß. flor. symphyti p.j. coq. in sero lactis.

Apprimè porrò convenit serum lactis succo aurantiorum dulcoacidorum aut lujulæ alteratum, vel tæolis pomorum redolentium cum corticibus, in quo semina coriandri & rasura glycyrhizæ sub finem ebullitionis terbuerint.

Diæta jugiter sit inter extrema constituta, quâ dum perstiterint valetudinarii, quaslibet vasorum inanitiones facilius tulisse credendum est; talis etenim victus liquor chylificus citius subiens διάκρισιν ad naturæ familiaritatem perducitur, à quo scaturit sanguis optimè maturatus, virésque medicorum adminiculum, & naturæ fulcrum, quas sanguinis boni & perfectè maturati, non multi aut crudioris progeniem judicavimus.

Vitentur aromatizata, fumo indurata, acria, salsuginosa, & quoad qualitates quæcunque caloris nativi teporem excesserint; omnia denique eminenter dulcia è provinciâ diætetica proscribantur.

Ne

Ne pectori vi aliquâ attractivâ corriveiur ſanguis, interdicendæ ſunt vociferationes, & in omnibus excreationibus naturæ motus perpendendus quo ſolùm indicante adjuvandæ veniunt; natura enim optimè menſurat maturitates materiæ, facilioris expectorationis causâ in bronchiis repoſitæ, nec durante hâc primâ τεκμάρσει ulteriori indigebit irritamento. Si tamen horis matutinis ultra naturæ modum protrahatur excretio, ſanguinis partem ſubtiliorem nimis exaltando, & ſpirabilia perfundendo nocet.

Somno ſatiantur membra laſſata, unde ſanguinis mordacitas temperatur & corrigitur, viréſque conſervantur. Sudores omnes, potiſſimùm matutini promovendi, qui non ſolùm à partibus ſuſcipientibus divertendo proſunt, ſed exinde liquores omnes corporis totius perflui, ſalſedines deponendo dulcedinem & perfectionem comparant. Inter ſudandum pitiſſet aliquoties aquam fanativam tinctura coralliorum, eorum ſyrupo, aut ſanguine conſolidæ permixtam,

mixtam, vel ſyrnpo de ſucco urticarum; quorum etiam tantillo uti poterit pro libitu longè à paſtu extra ſudores.

Si verò morbus priuſquam medicus opitulantes admoverit manus inveteraverit. ita ut ob ſpirituum diſpendium pituitoſa congeries ingraveſcat, quæ extravaſata & in proſcænium thoracis delata negotium faceſſit, aut ſi totum perfluendo ſanguinem, nullâque præcedente hæmoptoicâ affectione (quod utplurimum in ſenioribus fit) in pectoralia debilitata eo nomine talis congeſtionis ſuſceptiva viam paraverit, tum ſecundi generis ſymptomata eluceſcunt, quæ ſcopos ſibi deſtinatos vendicant. Nempe,

Operationes circa viſcera & partes reſpirationi ſubſervientes; quorum opera

1°. Partium pectoralium onus ſummovendum.

2°. Eorum ulcera ſordeſcentia artificiosè detergenda.

3°. Per-

3°. Peractâ methodicâ deterſione, ſananda & agglutinanda.

4°. Si agglutinatio præſtari non poſſit, ſanies reprimentibus avertenda, deterſiſque ulceris labiis cicatrix inducenda.

5°. Circulationis εὐωδία in toto promovenda.

6°. In toto medelæ ſtadio mittentibus proſpiciendum.

Spiritalium onus præmiſſis thoracicis tenuioris eſſentiæ (quibus vaſa referantur, phlegmáque reſtagnans, ac putredini dicatum motum acquirit faciliorem) educitur. Idque

1°. Subducendo per ſeceſſum.

2°. Expectorando per canalem vocalem.

3°. Diſſipando per cutes.

4°. Concoquendo, per jejunium tempeſtivis & debitis circumſtantiis adhibitum.

Minora-

Minorativorum ſimplicium & compoſitorum paradigmata.

Manna, Agaricus, Mechoacanna, Terebinthina, Ammoniacum, Rhabarbarum, Caſſia.

Compoſita.

Syrupus Roſ. ſolut. cum Agarico, de Cichoreo cum Rhabarbaro, de Spinâ corvinâ.

Electuarium amarum minus, electuar. paſſulatum, ſpec. hieræ picræ ſimpl. & cum agarico, pulvis ſenæ compoſitus major. pilulæ macri, maſtichinæ, ſtomachicæ communes, ſtomach. cum gummi, de ſuccino, de tribus fer. de ariſtoloch. fern.

Si verò Ventriculus nutrimenti primaria officina crudâ aut pituitoſâ congerie laboraverit, unde haud rarò compatitur pectus, ſecundo quoque die lente eluatur oxymelite, aut melle ſcillit. ſyrupo de peto quercitani, (vel unica ac mediocri doſi vini benedicti) ex ſero lact. cereviſiati, aut decocto pectorali

ctorali tepente propinatis; à quorum
im licèt vomitio copiosior subsequa-
tur, quam pessimè succeſſuram opina-
tur vulgus, eorum tamen judicio mini-
mè deterreatur prudens & cordatus
medicus, cùm naturam in morbi ac-
cessione indicantem & adminiculantem
adinvenerit, diebúsque tandem sub-
sequentibus leniora, exhibere perſiſtet.
Ut,

℞. decocti pectoralis in quo ʒ iij.
foliorum senæ ebullierint ℥ iv. in quo
dum tepet per tres horas infunde agar.
trochiſc. ϑ ij. zinz. inciſ. ϑ ß. colaturæ
℥ iij. adjice mannæ ℥ j. acid. sulph. gut.
iij. m.f. Potio. Vel

℞ Rad. enul. condit. ℥ iij. tussilag.
cond. ℥ ß. fol. pyloſ. adjanth. ana m. ß.
com. prasii hyſſ. ana p. j. flor. beton.
amii ana p. j. passul. maj. exacin. ℥ j.
sem. aniſ. ʒ j. coq. in ſ. q. aq. hord. &
colatur. per tres horas tepidè infund.
Rhei inciſ. ʒ j. schænanth. gr. ix. dein
per filtrum trajiciatur liquor, cujus
℥ iij ß. cum syr. de spin. cervin: ʒ vj.
haustæ (Doncrelii) vel exhibeantur
℥ j.

℥ ij. aut ij ß. syr. phlegmag. dict. qui fit paratur. ℞ rad. apii asparag. ana ℥ ß. glycir. ras. ℥ j. enulæ ʒ ij. ireos Illyr. peon. maris decrescente lunâ & sole in piscibus, lectæ ana ʒ j. calami aromat. veri ʒ ß. Turbet. gummos. ℥ i j. zinzib. ʒ vj. galang. ϑ iv. herb. salu. veron. cap. ven. hyssop. melis. marrub. agrim. ana m. ß. centaur. m. j. sem. cartham. ℥ j ß. fænic. anis. ana ℥ ß. flor. beton. primul. ver. ana m. ss. stæchad. arab. ʒ ij. flor. cordial. ana m. j. prunor. ungar. nº xxj. passul. minor. mund. ℥ iv. incidantur & contundantur, & coquantur in aq. carduib. ℔ j. & s. q. aq. fontan. ad tertias pro ℔ iv. colentur & exprimantur: deinde ℞. agar. trochisc. ʒ xv. pulveriz. subtilissimè, & fiat cum linteo raro pubissimo nodulus oblongus qui ebulliet semel atque iterum in colaturâ prædictâ adjectâ aq. cephalicæ & pectoralis calidæ ana ℔ ß. dein infund. in loco calido per noctem in vase bene munito, mane factâ denuò unicâ ebullitione colentur, & nodulus fortissimè exprimatur, colatura iterum per manicam

am hypocratis coletur, & ſi neceſſum
it clarificetur albumin. ovor. dein co-
aturæ clarificatæ adde ſyr. Byzant.
ompoſ. roſat. ana ʒ ix. ſacchari depu-
atiſſimi ℔ iij. coquantur igne lentiſſi-
no ad ſyrupi conſiſtentiam aromati-
ando circa finem coctionis nodulo in-
equente ℞. ſpec. arom. roſat. ſine moſ-
cho ʒ ß. trochiſc. de roſis ʒ j. macis ʒ ß.
. ſyrup. clarificat. ſ. a. Vel,

Deglutiantur ʒ vj. electuar. amar.
aut paſſulat. ex ſyr. de ammoniac. in
formâ bolari. Vel,

℞. Tereb. lotæ in aq. aniſ. & cum
ovi vitello ſol. ʒ ij. ſem. aniſ. coriand.
præp. ana ϑ j. f. Bolus è ſyr. violac.
deglutiend.

Pilulæ.

℞. pilul. maſtichin. de ſuccin. ana ϑ j.
. pilul. iv. ſub ingreſſum lecti deglu-
endæ, vel deglutiatur tantillum pilu-
arum de hierâ cum agar. Vel,

℞. pilul. ſtomach. cum gummi de
Ariſtol. Fer. ana ʒ ß. f. Pilul. v. aut vi.
horis matutinis deglutiendæ. Vel,

℞. ſper. hieræ cum agar. ϑ ß. pulv.
ſenæ

ſenæ comp. maj ℈j. tereb. in aq. hyſſop. multoties lotæ q.ſ. ut f. pilul. vij. pro doſi unicâ. Vel ℞ Rhab. p. gr. xxv. ſpec. hier. gr. ix. aloes in ſucco lim. lotæ aut roſatæ gr. vij. Balſam. de Tola gr. ij. cum ſyr. de ammon. f. pilul. v. aut vj.

Thoracica alterantia ſimplicia.

Radices enulæ, ungulæ cabillin. ireos, myrrhid. fænic. ſcabioſ. ering. pimpin. ſcilitar. allii. ariſtol. rot. ſcord. bardan. majoris dracun. napor. filar. caryophyllat. peuced. glycirh. ari. calam. arom. zinzib. primum ex Chinâ aut Bingalâ ad nos advecti.

Folia Praſii, hed. ter. veron. pulmon. hortenſis, botry. hyſſop. beton chæref. calamin. pyloſ. urt. crithmi, aniſ. nummul. ulmar. ſcab. tuſſ. rorell. & quinq. herb. capil. quibus adjungi poſſint, folia quæ thoracis vulnera vi peculiari reſpiciunt, (viz.) lyſimach. ophyogloſ. hyper. torm. ſanic. virg. aur. alchim. millef. bugulæ.

Flores, ſcab. tuſſ. pulm. maculoſæ

beton.

beton. lamii, gram. marin. trifolii præ-
tenſis, cyani.

Semina, aniſi, fæniculi dul. ſileris mont. chæref. coriandri.

Fructus, dactyl. uvæ paſ. maj. uvæ Corinth. caricæ, piſtach. pini nucl. cicera rubra.

Aromatica, Crocus, Caſſia lignea, n. moſch. cortex exter. aurant. cortex ext. piſtachiorum, cynamomum.

Animalium particulæ, pulmones præſertim vulpis præp.

Gummi, Ammoniacum, Myrrha, Thus, Maſtich.

Ligna, Lentiſci, Santali, Saſſafras.

Terræ, Bol. Arm. lævigatus & aq. roſar. ablutus.

Compoſita.

Aquæ ex ſuccis herbarum prædict. in B.M. ſtillit. nec non earum ſpiritus & tincturæ.

Tincturæ, Elixir proprietatis, Sulphuris.

Olea, Benjoin. mastich. thur. myrrhæ tereb. sulph. salv. hyss. fænic. anis. sac chori simplicis & comp. Balsamum naturale de Tolu, de Capiona, sulphuris, ejus Rubinus, Leucatelli opobals.

Extract. Brasii botry. hed ter. Ir glycyrh. syrupi de eris. de pilos. de adiant. glyc. hyss. de ammon. de tussil. de pras. scab. brasii simpl. & comp. oxym. simp. & scil. Mel. scil. passulat.

Lohoch. è pino, è pulm. vulp. sanum & expert.

Succus glycyr. simpl. & comp.

Condit. rad. ering. enul. myrrhid. fænic. tuss.

Conservæ, hed. terr. botrios, veron. flor. lamii, scab. tuss.

Saccharum enulatum, Penid.

Electuarium pectorale.

Species, diair. s. diatrag. cal.

Fæcula Ari.

Flores Sulphuris, Benjoin.

Trochisci, Bechici alb. & nigr. diair. diatrag. cal.

De-

Decompoſita.

℞ Rad. glycyrrh. ʒ vj. myrrhid. ʒ ß. Irios ʒ ij. fol. adiant. pyloſ. pulm. mac. ſcolop. ſicci ana ʒ j. flor. tuſſ. bugl. viol. alb. lamii ana ʒ ß. ſem. aniſ. bomb. fœn. d. ana ʒ ij. paſſul. exacin. ſachari candi ana ʒ iij. caric. ping. dactylorum deglub. ana nº vij. febeſt. jujub. ana nº xj. contuſa ac contuſa decoque in ℔ vij. hydromel. ad tertiæ partis evaporationem. Aromatizetur colatura clarificata ℈ iv. zinziberis ʒ j. cinnam & ℈ ß. croci, f. Decoctum.

Hujus generis decocta paſſim à medicis graphicè depinguntur; quia verò propter ſpecierum varietatem palato non arriſerint, & exinde appetentiam aut proſternunt aut imminuunt, unde methodica & continuata progreſſio (quâ ſolum tali indicanti ſatisfactum iri arbitror) interpellitur, malim gratioribus remediis potum omnem diluere, quem ſucceſſivè vice zithi uſitati ſubſtituiſſe viſum eſt.

Potus primus.

℞. Ligni ſarſæ in raſuras tenuiſſimas raſpati ℥ x. paſſularum maj. exacin. ℔ j ß. fic. ping. ℔ ß. fol. bötry. hed. terr. ana m. ij. ſummit. abietis m. iij. flor. gram. marin. ſalviæ, beton. ana m. j. ſem. aniſ. fænic. d. coriand. ana ʒ iij. in muſti illupulati cong. ſex. coque lignorum raſuras, tandem appone herb. & flores cum fructibus & ſeminibus, & poſtquam peractâ fermentatione per quinque dies ſubſederit, depromatur ad uſum.

Potus ſecundus.

℞. Ligni lentiſcini, ſaſſaff. ana ℥ j ß. Rad. bardan. maj. caryophyl. ana ℥ j ß. fol. pyloſ. ulmar. pulmon. mac. ana m. j. ſummitat. abietis m. iij. flor. ſcab. tuſſil. lamii ana m. ß. zinz. inciſ. ʒ j. ß. n. moſch. ʒ j. raſ. glycyr. ℥ ij. uvar. corinth. mund. & contuſ. ℥ iij. cum congiis ſex muſti illupulati, f. Potus ut ſupra.

Potus

Potus tertius.

℞. ſarſæp. ℥ vj. ligni Braſil. non aluminoſi, cortic. interioris arboris quercin. tenerior. ana ℥ iij. Rad. ering. conſol. ana ℥ j ß. paſſul. maj. exacin. ℥ ix. fol. torment. veron. alchim. ana m. j. cornarum rorellæ, flor. hyperici, altheæ ana m. ß. pelliculorum exter. pyſtachiorum m. ſs. ſem. coriand. ℥ j. ſs. f. Potus ordine & methodo præcedentibus.

Potus quartus.

℞. Raſur. rad. Chinæ non carioſ. ℥ j ſs. Rad. ſcorzon. ℥ iij. paſſular. min. ℔ ſs. ſem. aniſ. cont. ℥ j ſs. coq. in tribus muſti congiis, & poſt debitam depurationem f. Potus.

Evaporatio prima.

℞. Rad. enul. ℥ iv. acori ℥ ij. fol. hyſſ. mar. hed ter. ana m. ij. Com. botryos. roriſm. meliſ. ana m. j. ſem. aniſ. contuſ. ℥ iv. paſſul. enucleat. ℥ ix. concoq. in ſ. q. aq. hyſſ. enulæ, aut communis.

Evaporatio ſecunda.

℞. Raſ. glycirh. ℥ v. fol. tuſſil. ſalviæ, alth. pulmonar. ſcab. ana m. ij. comar. major. flor. beton. ana m. j. hordei mund. ℔ j. ſem. aniſ. fænog. contuſ. ana ℥ iij. coq. in ſ. q. aquæ.

Evaporatio tertia.

℞. Raſ. tenuiſſim. ligni lentiſc. ℥ iij. coque per horas ij. aut circiter, dein adde fol. querc. tener. m. iij. myrtil. torment. ana m. ij. flor. keiri m. j. hyper. m. ſs. roſ. rub. conſol. ana m. ſs. coq. in ſ. q. aquæ ut ſupra.

Effumatio prima.

℞. Rad. tuſſilag. ℥ j ſs. thuris, ſem. nigel. ana ʒ ſs. tereb. coctæ ex. c. & pulver. ℈ iij. ſtyracis ʒ j ſs. com. ma or. P. j. cinam. ʒ ſs. f. pulvis pro ſuffitu, vel cum mucilagine ſem. alth. & lini f. Trochiſc.

Effumatio ſecunda.

℞. Rad. tormentil. ℥ j. gummi guaicini ℥ ij. myrrhæ ℥ ij. ſuccini, benzoini ana ℥ j. roſ. rub. ſanta. rub. ana ℥ ß. cum ſ. q. reſinæ lariceæ f. Trochiſci.

Effumatio tertia.

℞. Sarcocollæ ℥ vj. boli armen. ℥ iij. gummi hederæ ℥ ij. maſtich. balaust. ana ℥ j. ambræ gryſ. gr. v. cum mucc. gummi tragac. aq. roſ. ſolut. f. Trochiſci pro ſuffumigio.

Effumatio quarta.

℞. Auripigmenti ad rubedinem vergentis ℥ iv. conteratur in pulverem palpabilem ſuper lapidem marmoreum, & dein lævigetur, poſtea adde aq. com. q. ſ. renovetur infuſio frigida recens per dies xl. ſub finem addendo aquæ prædictæ momentum aq. roſaceæ, tandem ſubigatur cum ovorum albuminibus ad uſum, addendo tertiam partem ſpecierum in ſuffitu præcedente præſcriptarum uſu poſtulante.

(*Hic inſerantur Tabulæ.*)

Vas è plumbo candido conflatum Evaporationibus ſive vaporibus humidis excipiendis adaptatum. A. 1. *vas ipſum.* B. 1. *ejus orificium.* C. 1. *collum.*

Uſus hujus Vaſis is eſt, ut decoctum medicamentoſum calidum recipiat, ſupra cujus orificium reclinatus æger capite panno lineo longo obvoluto, pannique extremitatibus circa vaſis collum alligatis (quo minus diſſipentur vapores) evaporationes inſpirando in pulmones intimè hauriat.

Inſtrumenta


B·1·
C· 1·


B. 1.
C. 1.
A. 1.




C
D


F


R
G
R
R
R
F


·2·B·


·2·A·
·2·A·
·2·A·

Instrumentum ligneum concavum conformè effumationibus (uti vocat author) sive vaporibus siccis excipiendis accommodatissimum.

A.2. A.2. A.2. notant Instrumentum integrum clausum utrâque sui parte conformatum. *B.2.* foramen per quod vapores concluſi per modum ſuctionis in pulmones imbibuntur. *C.C.* partes duæ instrumentum constituentes. *D.* partis ſuperioris ſive conicæ facies externa. *E.* partis inferioris ſive Baſis facies externa. *F.* Cavitas ſive partis ſuperioris facies interna. *G.* Baſis ſive partis inferioris facies interna, laminâ ſtannea undique obducta, ſupra quam mediam pruna una atque altera ponenda, & ſupra prunas ſuffitumum materia pulveres ſcilicet ſive Trochiſci. *H. H. H. H.* clavi ferrei quibus prædicta lamina baſi affigitur & obfirmatur.

Epiploon

Epiploκὴ, ſive

Præſidia ἐκλογήτικα ſanguinis rectificationem & ſymptoma hæmoptoicum pariter reſpicientia, quæ pro exigentiâ in rem præſentem methodo introducantur.

Aqua Hæmoptoica Quercitani.

℞. Rad. biſtortæ, ſymph. major. torment. ana ℥ j. herb. centinod. millef. veron. pyrolæ, ſanic. burſæ paſt. cum rad. ana m. j. ſummitat. rubi, lentiſci, ana m. ſs. gran. ſumach. myrtil. ſem. plantag. berber. papav. albi, ana ʒ vj. flor. nymph. cucurb. cydon. ana p. j. contuſ. & commixtis omnibus macerentur per quatriduum ad ignem balnei in ſuccorum depuratorum plantaginis portul. acetoſ. agrim. ana ℔ ij. dein fortiter exprimantur: His adde acaciæ hypociſtidis ana ℥ ij. terræ ſigil. bol. armen. ana ℥ ſs. Electuar. diatrag. frig. ʒ ij. macerentur denuò per quatriduum, dein per cineres ad ſiccitatem deſtillentur, cujus doſ. eſt à cochl. j. ad iij.

Aqua

Aqua altera facile parabilis, efficax.

℞. Boli armen. terræ ſigil. ſpod. hæ-
atit. roſ. rub. ana ʒ v. corallor. ſuccini
argaritar. ana ʒ ij. gum. arab. tragac.
a ʒ ij ß. ſem. pap. alb. portul. plantag.
aluæ, *C. C.* uſti ana ʒ ij. ſucci acac.
ycyrh. plantag. acetoſ. portul. hypo-
iſt. ana ʒ ß. Amyli torrefacti ʒ iij.
r. myrtili ſymph. de roſ. ſic. ana ℥ iij.
iban. ʒ ij. maſtich. ℥ ß. ſpec. diatrag.
ig. ʒ jß. miſta putrefiant ac deſtil-
ntur, cujus doſ. eſt à cochl. j. ad iij.

Aqua pectoralis temperatior Dorneri.

℞. Rad. glycyrhiz. ℥ ß. rad. tuſſilag.
olypod. quercin. ana ʒ iij. herb. capil.
ener. veronicæ ana m. iij. marrub. ſca-
ioſ. ana m. j. ſem. maluæ cydonior.
na ʒ vj. quatuor frig. major. ʒ j ß. ſem.
ap. albi ʒ iij. portulac. endiv. ana ʒ j.
lor. violar. borag. nymph. ana m. j.

flor.

flor. bugloſſ. roſar. ana m. ſs. juju
ſebeſt. ana nº xxj. dactyl. ping. cr
cleat. nº ix. Pulverizanda, pulve
zentur ſubtiliſſimè reliqua verò in
dantur minutim miſceantur & infun
in aq. tuſſelag. & viol. ana ℔ ij ſs. ſc
bioſ. marrub. ana ℔ j. hyſſop. vero
ana ℔ ſs. additis mellis paſſularum ℥
ſyr. de ſucco violar. ℥ v. commiſceant
& infundantur in loco calido per oc
duum vaſe quotidie aliquoties exa
tato, deinde deſtillantur igne leniſſim
mediante B.M. cujus doſis eſt ad ℥ j
cum ℥ ſs. ſyr. viol. aut ℥ ſs. ſacch
criſt.

Aq. Frigida Geſneri.

℞. Florum roſ. rubr. viol. ana m. ij
borrag. bugloſſ. nymph. ana m.j. ſem
cucurb. cucum. ana p.j. ſem. portula
lactuc. papaver. albi, nigri ana ℥ ſs. fo
beton. m.ij. rad. cichor. m.j. rad. caryo
phyllat. ℥ ij. aq. fontan. ℔ iv. infun
per horas aliquot, tandem B.M.

Aq

Aqua Hypnotica Quercitani.

℞. ſem. frig. major. excort. ana ℥ ij. m. pap. alb. ℔ ß. lactucæ ℥ iv. hyoſc. j. flor. nymph. viol. roſ. rub. papaver. æad. ana p. iv. flor. ſambuci, ſummit. iæ ana p. ij. macis, nucis moſch. ben-oini ana ʒ vj. contundantur & infun-antur per quatriduum in aq. roſar. fluc. nenuph. papav. rhæad. ana ℔ ij. in colentur & fortiter exprimantur, ic expreſſioni adde Requi. Nicol. ß. croci, mumiæ ana ℥ iij. camphoræ aſtor. ana ʒ j. deſtillentur ex artis præcepto, cujus doſis ad ℥ ij. tempore omni.

Tinctura papav. er. Hadriani Myns.

℞. Conſer. flor. papav. er. ℥ j. flor. apav. er. ſpiritu vitrioli irrorati ℥ j. n. & cum aq. ex ſucco prædict. florem eſtil. ℥ xxx. extrahatur tinctura ru-icundiſſima, quam poſtea filtra & dde ſyr. è ſucco flor. papav. er. parum vitriolati.

vitriolati. M. & ad usum repone
ab ʒ.ss. ad ʒ ij. per se aut ex vehic
idoneis.

Quinta essentia ferri, P.J. Fabri.

Ferro limato candefacto affend
dum acetum acerrimum, donec p
optimè extinguatur, extinctum iter
candefac. & candefactum aceto
tingue, idque septies repetendo do
in rubicundissimum crocum ferr
convertatur; deinde dum phialæ
ditum est oblongi colli, huic affunden
est aceti stillatitii acerrimi permaxim
quantitas, ita ut septem aut octo dig
tis superemineat croco, & totum om
phialâ optimè clausâ collocanda est
furno cinerum ad digestionem lenta
per mensem unum, agitando phialam
quibuscunque singulis diebus, don
acetum tingatur in rubrum colorem,
cetum tinctum deponendum est p
inclinationem in vas aliud vitreum, no
vum aut acetum stillatitium magma
residuo affundendum, & iterum dige
rendu

endum in cineribus tepidis donec tingatur, hoc iterum seperandum & priori conjungendum, magnâ autem tum temporis residuum calcinandum est, & candifaciendum in tigillo, & aceto ut prius extinguendum quater aut septies donec iterum in crocum convertatur, huic croco phialæ impositio affundendum est acetum acerrimum iterum stillatitium, & digerendum ut prius donec tingatur: hoc toties repetendum est quoties per digestionem tingetur acetum. Postquam autem non amplius colorabitur, acetum omne tinctum destillandum est in balneo leni igne donec tinctura remaneat in fundo Alembici in consistentiâ mellis; huic affundendus est spiritus vini alcohoolizatus, & ab omni phlegmate aquoso vindicatus, donec dissolvatur omne magmâ per digestionem lenem in balneo tepente, spiritus vini tinctus seperandus est per inclinationem, & magmati residuo quod solutum non fuit, affundendus est novus spiritus vini alcohoolizatus & iterum digerendus, hóeq; repetendum

est

est donec omne magma solutum sit, non amplius tingatur spiritus vini colore rubicundissimo : Spiritus omnis tinctus destillandus per retortam lentissimâ destillatione, donec omnis spiritus conscensus sit ; tunc demum augendus est ignis, & forti destillatione mutato recipiente colligendum est oleum ferri, perquam optimè rubeum & ter aut quater per retortam rectificandum est, magmata verò residua cujuscunque destillationis simul colligenda sunt, & simul ignienda in tigillo, donec albescant ; ex his deinde salem elicies album per lotiones & evaporationes multoties iteratas cum calcinationibus, salem hunc purum, putum & candidum addes oleo tuo rectificato, & servabis ad usus in phialis vitreis optimè clausis, dos. ℈ j.

Quintessentia lapidis Magnetis, Fabr.

Essentia ferri superiùs tradita, sumenda est, ut essentia magnetis integra & incontaminata haberi possit, in eámque

e essentiam puram & limpidam,
agnetem affundes pulveratum, & in
cohool redactum, in phialâ oblongâ
olli, orificioque obturato in balneo te-
enti digeres per noctes & dies quin-
decim; his peractis impones retortæ
ito munitæ, & ad cineres distillabis,
ervatis ignis gradibus: primò lentus
it ignis, medio mediocris, ultimo
ortissimus. Caput mortuum seu
magma quod remanet in fundo re-
ortæ post destillationem eximendum
est, factâ retortâ, & pulverizandum
& in tigillo fortissimo igne per diem
integrum calcinandum, tum demum
fortissimo & acerrimo aceto solven-
dum, & sal ex calce extrahendum est;
& permultis lotionibus & calcinati-
onibus ad summum candorem perdu-
cendum, aut tandem ad majorem per-
fectionem ad rubeum colorem & solu-
tionem facilem conducendum: Hoc
ultimo sal connectendum est cum es-
sentia ferri, spiritu magnetis impræg-
natâ, & digerendum per tres aut qua-
tuor dies balneo tepido; & per balneum
ab-

abſtrahendum eſt deſtillatione quicq
poterit aſcendere, reliquum verò
gerere oportet igne leni & contin
donec fixum ſit omne, ita ut per d
ſtillationem fortem aſcendere non p
ſit, at in fundo vaſis deſtillatorii man
at fuſum & liquatum tanquam met
lum ſalpetra liquata, cujus humidu
adeo ligatum eſt ſuo ſucco, ut vi ign
ſeparari non poſſit, niſi carbonibus im
mediate tangatur. Hoc prædictu
deinde Arcanum ſummopere cuſtodi
endum eſt tanquam miraculoſum in cu
randis vulneribus & ſiſtendis omnibu
ſanguinis fluxibus, ut experientia cer
tum fiet, cujus doſ eſt ad gr. x. aut ℈ ſ
ex vehiculo idoneo.

Tinctura Coralliorum Hartmanni.

Calcinantur priùs Corallia non pul
veriſata; ſed integra, igne reverberii
primum lento, ut ſaltem viva flamma
coralliain teſtis (ſeu cellis terreis) in
furno reverberii poſita ſuperficie tenus
tangat, corallia hoc modo primo gradu
albeſcunt

beſcunt calorémque nativum abſcon-
dunt. Tandem ergo gradibus ignis ſuc-
cedentibus corallorum corpus eſt fati-
gandum, donec ex albedine in flavedi-
nem, & ex flavedine in rubedinem
summam reducantur, corpore toto red-
acto ſpongioſo & leni, id quod plerum-
que biduo vel triduo abſolvitur. Hoc
signum dum in promptu fuerit,
tum demum corallia beneficio gradu-
um ignis facto ſunt habita ad propriam
tincturam in aliud menſtruum depo-
nenda, ſic itaque præparata corallia ſi in
ſpiritum vini, vel in alcohool ſpiritus
vini majalis injiciantur, paulo poſt
omne ſuâ in iſidem alcohool tinctu-
ram deponunt. Igitur hæc aliquan-
tulum menſtruo vini per deſtillationem
inde ablato, fit rubicundiſſima cum
quadam dulcedine; exhibetur in ve-
hiculis convenientibus à gr. iij. ad gr. x.
Vel,

℞. Sachari cand. depuratiſſimi, frag-
mentorum coral. ana q. ſ. inde in retor-
tam & deſtillentur in arenâ per latus,
exibit tinctura rubicundiſſima, cujus
dos.

dos. est à gr. x. ad xx. ex vehiculo ac commodato post debitam rectificationem.

Tinctura Rosar. rub. Dorneri.

℞. flor. ros. rub. ℥ j ſs. aq. ros. opt. ℥ xxx. macerentur aliquandiu; poste adde ſpir. vitrioli ℥ j ſs. julap. roſar. q. pro dulcoratione.

Hydroroſatum Ang. ſale.

℞. Capitum roſar. exiccat. ac ſubtiliſſimè conciſorum ℥ ij. coq. in ℔ j aq. fontan. limpidæ, cui ſi ſatis fuerit tincta, ac in vitrum percolata affundantur ſpiritus vitrioli gr. xx. facta modicâ circumagitatione, decoctum vel aqua hæc colore apparebit ſaturato rubeſcente, & ad gratiam augeri ſpiritus vitrioli quantitas debet.

Decoctum

Decoctum ad ardorem & tenuitatem sanguinis emendand. Quercitani.

℞. Rad. acetos. cichor. bugloss. ana ℥ j. jujub. paria vi. fol. endiv. portul. lactuc. acetos. ana m. j. sem. cuscul. cucum. melon. lactuc. psyllii, cidon pap. albi ana ℥ ss. flor. viol. nenuph. ana p. ij gum. arab. trag. ana ʒ ij. f. decoctio & in colaturâ dissolvi poterunt syrupus de papavere, de nenuphari, viol. de ros. sic. & cidon. sine spec. ana q. s.

Syrupus de Manna solut. Mindereri.

℞. Pulpæ Tamarind. ℥ ij. Jujub. sebest. ana n°. xx. prunor. damascen. caricar. ping. n°. x. hordei integri m. ss. polypod. Q. ℥ iv. ss. sem. fænic. ʒ ij. aq. fontan. ℔ vij, coque ad remanentiam ℔ v. in Colaturâ calidâ infunde per noctem fol. senæ el. ℥ ij. Agar. troch. Rhab. opt. ana ʒ iij. Colaturæ leviter expressæ iterum adde Mannæ Calabrin. mellis rosac. sol. ana ℥ viij. sachari albi

albi ℥ xvj. f. Syrupus ℥ ij. cinamo aromatizandus.

Syrupus Ariſtolochiæ Fabri.

Radices recentes Ariſt. rot. contuſ. & ſ. q. ſpiritus vini permixtæ ad eminentiam iv. aut vj. digitorum in phiala vitreâ optimè clausâ in cineribus tepidis per tres aut quatuor horas digerendæ ſunt, donec rubeſcat vini ſpiritus, qui poſtea extrahendus eſt per inclinationem, & novus addendus, ut tota extrahatur Ariſtolochiæ tinctura, quæ tum demum in B.M. deſtillanda eſt, ut ſeparetur vini ſpiritus, & remaneat tinctura rubicundiſſima in fundo inſtar mellis, cui addenda eſt ſ.q. ſacchari, & in ſyrupum percoquenda; cui ultimò (ſi libuerit) ſal connectendus eſt, & ſervandus ad uſus medicos varios, ad majorem efficaciam poteſt extrahi ſpiritus Ariſtolochiæ, ex ſucco ejus fermentato, & poſtquam depuratus eſt ſpiritus à ſuo phlegmate ſyrupo addendus eſt, ad quamcuuque ſcilicet libram

bram ʒ j spiritus, cujus syrupi dos. est ʒs. ex ovo sorbili.

Essentia radicum Althea, Ang. Sal.

℞ Rad. alth. siccatæ & in taleolas concisæ, in olla optimè vitreata aq. altheæ ferventis ℔ iv. affundantur, absque commotione infusum per noctem quiescat, hinc liquor pellucidus per setaceum sine expressione coletur, colatum usitato modo leni evaporatione in consistentiam cogitur. Hic ipse modus in radicum symphiti & similium mucilaginosarum optimus, at cum hujusmodi essentiæ rauceſcant citò haud multo ante ipsius mixturæ confectionem eas parare consultum est.

Mixtura Althea, Ang. S.

℞. Essent. radicis alth. symph. violarum cærul. ana ʒ j. glycyrhiz. ℥ ʒs. essentiæ corticum papaveris albi ʒ ij. essent. jujubar. ℥ iv. Gum. trag. arab. subt. pulv. ana ʒ ij. dos. ab. ʒ ss. ad ʒ j.

Mixtura myrtillorum ejuſdem.

℞. Eſſent. fructuum myrtil. cum aq. plantag. vel burſæ paſtor. extract. ℥ ij. eſſentiæ roſ. rub: ℥ j. acaciæ noſt. ℥ ij. eſſent. de cydoniis ℥ iij. & ℥ ij. m. doſ. ℥ ſs.

Eſſentia Cydoniorum A.S.

℞. Cydoni rum ſelectorum & maturor. cum cortic. in tenues & oblongas taleolas inciſor. q.ſ. rejectis ſeminibus cucurbitæ indantur, & affuſâ aq. roſar. ad eminentiam aliquantulum alembico cæco appoſita, & in B M. ut cydonia molleſcant foveatur, hinc aq. roſar. aliquantulum tincta & ſeperata, reliquam levi expreſſione ne quod liquidum admiſceatur coletur, quod cum aquâ dictâ conjunctum iterum blandè, ne quod empyreuma contrahat inſpiſſetur, eſſentia guſtu & viſu gratiſſima exiſtit.

Extractum

Extractum sive sanguis symphyti Querc.

℞. Rad. symph. major. & min. simul opt. mundat. has in mortario marmoreo probe contunde cũ pistillo ligneo donec formam pulpæ sortiatur: Ad ℔ iv. hujus pulpæ adjice medullæ panis secalini, & panis siliginei sive triticei, ana ℔ j. omnia invicem probe mixta & tantillo vini albi irrigata, injiciantur in matracium vitreum cum longo collo, subere vel cerâ Hispanicâ optime obturatum ut nihil transpiret; hoc matracium collocetur in fimo calido, quam Chymici ventrem equinum vocant, sive in balneo vaporoso, donec materia in chylisanguinei ac rubicundi colorem convertatur. Tunc illam fortiter prælo exprime, & expressionem chylosam & sanguineam pone in balneo vaporoso, illud in hâc secundâ digestione majorem acquiret rubedinem, & fæces aliquot in fundo relinquet, quas superabis continuando hanc digestionem & depurationem,

onem, donec materia clariſſima & rubi-
cundiſſima apparuerit; ſepera ab illâ
tunc liquorem clariorem per alembi-
cum ad ignem balnei vaporoſi, & re-
manebit in fundo extractum rubicun-
diſſimum, quod nominant ſanguinem
ſymphyti, ad hernias & omnia ulcera
interna præſtantiſſimum, cujus doſ. eſt
ʒ j. in ſuâ propria aquâ, aliâve con-
gruâ.

Extractum Braſii Authoris.

℞. fol. fragor. pentaphyll. pimpinell.
equiſet. cetrach. conſolid. ana m. j. de-
coqu. in ſ. q. decocti braſii ad mellis
conſiſtentiam, colaturâ reſervetur ad
uſum.

Trochiſci de Papaver. Had. Amynſ.

℞. Sacchari penidii ℥ ij. ſem. papaveris
albi ℥ ſs. ſem. melon. excort. cucurbitæ
ana ℥ ij. ſucci glycyrh. ext. boli armen.
rubri præp. flor. ſulph. compoſ. ana ʒ j ß.
extract. flor. pap. errat. ʒ ß. m. & cum
ſ. q.

g. mucilag. sem. cydon. cum aq. papav. rat. ext. ʒ. Trochisci parvi sublinguales.

Pulvis Scaligeri in cruenta exputitione.

℞. Boli arm. terræ sigil. spod. hæmatit. rosar. rub. ana ʒ v, coral. rub. carab. margarit. gum. arab. trag. ana ʒ ij. sem. papav. albi, portul. maluæ, plantag. C. C. usti, acaciæ, succi glycyrh. ana ʒ ij. m. f. Pulvis.

FINIS.

INDEX CAPITUM.

CAP. 1:

DE *subactione alimentorum, ut & de ordine ingerendi, & diæta moderamine.*

CAP. 2. *De Saliva acida, seu de acido ventriculi redundante.*

CAP. 3. *De colore Sanguinis.*

CAP. 4. *De totali Circulationis necessitate, & de particulari ejus in tabida [illegible] deficientia.*

CAP. 5. *De Narium hemorrhagia.*

CAP. 6. *De Sanguinis congestione, nec non de seri separati circuitu.*

CAP. 7. *De Prodromis & præcautione sanguinis alienati.*

CAP. 8. *De Fermentationum ideis & specificatione.*

CAP. 9. *De Vasculis liquorum alienatorum vectoriis, & de eorundem dispositura.*

CAP. 10. *De motu Sanguinis devio, seu fluxione in primis pectoralia afluente.*

CAP. 11. *De fluxionum prodromis.*

CAP. 12. *De diebus horisque fluctuationis diacriticis.*

CAP.

CAP. 13. *De fluxionum reductione & proportione.*
CAP. 14. *De sanguine exotico, seu de sanguine extravasato stagnante.*
CAP. 15. *De Sputi materia & essentia in genere.*
CAP. 16. *De vasculis Sputorum susceptivis & modo expectorationis.*
CAP. 17. *De temporibus* ανακαθάρσει *dicatis:*
CAP. 18. *De Sputo albo spumoso.*
CAP. 19. *De Sputo subalbido pellucido densabili.*
CAP. 20. *De Sputo luteo:*
CAP. 21. *De Sputo subcæruleo, subnigro, & ferrugineo.*
CAP. 22. *De Sputo salino.*
CAP. 23. *De Sputo subdulci.*
CAP. 24. *De Sputo cænoso & cinereo seu purulento:*
CAP. 25. *De Hæmoptosi curanda.*
CAP. 26. *De* γαλακτοποσία.
CAP. 27. *De usu perdulcium.*
CAP. 28. *De halituum & suffituum administratione.*
CAP. 29. *De Fonticulis.*
CAP. 30. *De Sudoribus.*

INDEX

INDEX RERUM.

Succorum alienatorum defectiones p. 9
Succorum alienatorum devastationes 9
Observationes διάγνωσιν spectantes 10
Rerum non naturalium accommodatio 11
Regulæ Evacuationi dicatæ 11
Regulæ Expectorationi dicatæ 12
Regulæ Sudorificis adaptatæ 12
Regulæ Fontanellis dicatæ 12
Regulæ suffituum & halituum administrationi dicatæ 12
Contraindicantium Regulæ moderatrices 12
Regulæ Vestitui dicatæ 12
Regulæ corporis motui dicatæ 12
Regulæ corporis positioni pertinentes 13
Regulæ Phlebotomiæ dicatæ ibid.
Syrupus magistralis, quo sanguis à sale & tenuibus ichoribus optimè vindicatur 13
Aqua Sanativa 13
Aqua Calcis 14
Tinctura Boli Armeni 14
Decoctum Limacum ibid.
Infusum 14
Serum Alteratum ibid.
Amygdala 14
Julapium ibid.
Haustus hypnoticus 14
Ecclegma ibid.

Electu-

Electuarium	145
Enditum	ibid.
Trochisci	ibid.
Alimentum Pharmaxódes	146
Adices	47
Alia	ibid.
Fructus	ibid.
Apparatus	ibid.
Genus Crustemniorum	ibid.
Gerendi ordo	148
Liborum debita intencratio	ibid.
Liborum Electio	149
Operationes circa viscera & partes respirationi subservientes	154
Minorativorum simplicium & compositorum Paradigmata	156
Pilulæ	159
Thoracica alterantia simplicia	160
Composita	161
Decomposita	163
Potus primus	164
Potus secundus	ibid.
Potus tertius	165
Potus quartus	ibid.
Evaporatio prima	ibid.
Evaporatio secunda	166
Evaporatio tertia	ibid.
Effumatio prima	ibid.
Effumatio secunda	167
Effumatio tertia	ibid.

Effu-

Essentia quarta
Aqua haemoptoica Quercitani
Aqua altera facile parabilis, efficax
Aqua pectoralis temperatior Dorneri
Aqua frigida Gesneri
Aqua hypnotica Quercitani
Tinctura Papav. er. Hadriani Mynsi.
Quinta essentia Ferri. P. J. Fabri
Quinta essentia lapidis Magnetis Fabri
Tinctura Coralliorum Hartmanni
Tinctura Rosar. rub. Dorneri
Hydrorosatum Ang. Salæ.
Decoctum ad ardorem & tenuitatem sanguinis emendandum Quercitani
Syrupus de Manna solut. Mindereri
Syrupus Aristolochiæ Fabri.
Essentia radicum Altheæ, Ang. Salæ
Mixtura Altheæ, Ang. S.
Mixtura Myrtillorum ejusdem
Essentia Cydoniorum A. S.
Extractum sive sanguis symphiti querc.
Extractum Brasii Authoris
Trochisci de Papaver. Had. Amyns.
Pulvis Scaligeri in cruenta expuitione

FINIS.

4s